SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650


CHRISTO ET ECCLESIAE

The Gift of

Francis Vergnies, LLD, M.D.
of
Newburyport.

July 31. 1821.

N. Hurd Sc BOSTON



ACHII

TERES

CVM

IERVS

ERO

28

ΟΡΦΕΩΣ
ΑΠΑΝΤΑ

pseudon.

ORPHEI

ARGONAVTICA HYMNI LIBELLVS DE LAPIDIBVS ET FRAGMENTA

CVM NOTIS

H. STEPHANI ET ANDR. CHRIST. ESCHENBACHII

TEXTVM

AD CODD. MSS. ET EDITIONES VETERES

RECENSVIT

NOTAS SVAS ET INDICEM GRAECVM

ADIECIT

IO. MATTHIAS GESNERVS

CVRANTE

GE. CHRISTO. HAMBERGERO

LIPSIAE

SVMTIBVS CASPARI FRITSCH

MDCCLXIV

1764

VIRO
SVMME REVERENDO
ET CELEBERRIMO
IO. AVGVSTO ERNESTI
S. P. D
GE. CHRISTO. HAMBERGER

Tardius licet fidem Patrono obligatam liberare, et ad TE, VIR SVMME REVERENDE, *afferre munus, tanto gratius et carius* TIBI *futurum, quanto amantior* TV *eius eras, a quo proficiscitur. Scilicet Gesneri est, qui hoc suum Syntagma Orphicum* TIBI, *dum viueret, destinauerat, sed morte appropinquante in exequendo consilio turbatus, mihi id negotii dedit, vt illud* TVO *nomini inscriberetur. Hac vero re non solum honorem, quem in dedicando Homero ipsi habuisti, secundum illud Hesiodium, pari* TIBI *mensura reddere volebat, sed amicitiae, quae ipsi* TE*cum per triginta annos intercessit, memoriam firmo quodam monumento ad posteritatem vlti-*

mam extendere. Id quidem praeſtabit opus ho
quod TIBI *iam traditur, et aere et marmore pe*
ennius, quod non prius peribit, quam bonaru
literarum honos et gloria obliuione obruta et ſ
pulta erit. Amicitiae vero TVAE, VIR SV
ME REVERENDE, *quantum pretium ſt*
tuerit Geſnerus, tum hic ipſe liber loqu
tur, tum illi optime norunt, qui propius cu
illo verſabantur. Hac integra valetudine vſ
ſummopere delectabatur, eiusque recordatione
commemoratione fractas ab atroci morbo vire
reficiebat, animumque languore fatigatum paſce
bat, inter bona, quae a diuina prouidentia pluri
ma in ſe collata praedicabat, hoc non minimum
reputans, quod ERNESTIVM *amicum habuerit*
quod ipſum primum in lucem produxerit, et ſe
nex a numine inſtrumentum electus eſſet, ad vir
tutem eius ornandam, et amplificandam. Hoc ſenſ
amoris inflammatus, TIBI, VIR SVMME REVE
RENDE, *Geſnerus vltimos ſuos labores, hunc li*
brum, quem prae omnibus ſuis amabat, dat, le
gat. TV *eum cape, ſume, habe eadem, qua do*
natus eſt, affectione. Vale.

PRAE



PRAEFATIO GE. CHRISTO. HAMBERGERI



Per aliquot annos, auide a viris doctis expectatum opus, in lucem tandem prodit, cuius auctor immortalis, cum mors cita et dira calamum ipsi e manu excuteret, mihi praefandi prouinciam imposuit, et quibus subsidiis instructus ad hoc opus accesserit, explicare iussit. Hoc officio paucis fungi licet. Quod quidem ad auctorem operis, quod Gesneri studio iam cultius editur, attinet, de eo dicere opus non habeo, cum Gesnerus ipse de eo quid sibi videretur, de carminibus, quae nomine eius feruntur, et de vniuerso eorum argumento, in Prolegomenis Orphicis, quae post hanc praefationem leguntur, sententiam suam copiose, et accurate, vt solebat, exposuerit, eandemque etiam paucis in opere ipso dixerit, e. g. Argon. v. 310. Hymn. 1. Lap. 18. item Arg. v. 420. 856. Illud tantummodo monendum censeo, consilium habuisse Gesnerum, ex historiae Orphicae, et disciplinae variis periodis, et rationibus, dilucidius,

 quam

quam in Prolegomenis egit, declarare, qui factum sit, vt iam multa Orphei apud veteres mentio esset carmina tamen ipsa vix ac ne vix quidem vetere scriptis suis intexuerint, et multa praeclara, qu penitius sese in hanc rem penetrauerat, docturu videbatur; sed mors consilium interrupit.

De subsidiis, quibus in ornando, et politius li mando Orpheo vsus est Gesnerus, haec habeo. E ea quidem partim scripta sunt, partim impressa. In ter prioris generis primo loco commemoranda e Collatio codicis Vossiani in Bibliotheca Lugdun Bataua extantis. Haec beneficio Viri harum litera rum apud Anglos consultissimi, Ant. Askew, M D. qui illam a. 1745 instituerat, ad Gesnerum perue nit. De aetate Codicis, vt ad Arg. v. 50. pate Gesnero nihil constabat. Vitiis scribae inquinatissi mus est, apertissimis etiam, quae tamen cum ali minutiis editor, in Argonauticis hunc in finem la boriose enotare sustinuit, vt iis ipsis intelligeretu lectiones, quas hic Codex probabiles habet, non correctore esse, non critico ingenio deberi, sed anti quam scripturam seruare. Ex hoc Codice multi plex, et salutaris medicina carminibus Orphicis ad hibita est, vt quicunque librum euoluerit, facil deprehendet, tam quoad singulas voces, tam inte gros versus, qui inde auctori suo diu exulantes re stituti sunt, Arg. 51. et 1276. Idem Codex habe in margine lectiones quasdam adscriptas, quae notante Gesnero, plerumque lectionem Eschenba chianam exhibent, non tamen semper, easque de dit Gesnerus v. g. Arg. 396, 455, 476 etc. Quoties cumque igitur in varietate Marginis mentio occurrit

d

de eo intelligi debet: ipſe vero Codex ſigla *Voſſ.* indicatur. Caeterum hic codex carmen de lapidibus non habet. Idem carmen deeſt in altero codice ſcripto, quem doctiſſimus Anglus, cuius nomen ſupra poſuimus, e Graecia ſecum in Angliam deportauit, et vnus e trecentis variis codicibus eſt, quibus bibliothecam ſuam inſtruxit. Huius itidem lectiones cum Geſnero, vt erat eius valde ſtudioſus, communicauit. In epiſtola, qua ipſi eas offert, aetatem ſatis magnam, ſed non definitam, tribuit ſuo codici poſſeſſor, et nunquam collatum eſſe commemorat. Varietates tamen eius minus quam Voſſianae ad emendandum textum profuerunt. Sigla *Ask.* hunc codicem deſignat. Quem *Chiuaeanum* codicem vocat Geſnerus, exemplum eſt Aldinae editionis, quod ante aliquot annos ex auctione librorum Chiuaeana, apud Batauos habita, in bibliothecam noſtram academicam immigrauit. In eius margine, ab ignota manu, adſcriptae erant lectiones variae, quae modo cum Askeano codice, v. g. Arg. 24. 133. modo cum Voſſiano, Arg. 56 conſpirant. Probabilem lectionem propriam in contextum recepit Geſnerus, Arg. 226, aliam dignam vt recipiatur, in annotatione ad v. 193 laudat. Alia ſcripta ſubſidia non habuit Geſnerus. In procurandis quidem codicum Pariſienſium Mſſ. lectionibus operam ſuam obtulerat Geſnero Vir apud Argentinenſes Clariſſimus Elias Stoeberus, et rogauit etiam ille, deſcribi ſibi quinquaginta aut decem verſus de codice, qui N. 2678. et altero, qui N. 2764. in Catalogo Mſſ. regio habet, ſed in ſchedis, quae in manus meas venerunt, nullum veſtigium, neque

indicium deprehendi, perlatum esse eorum aliqui ad Gesnerum. Nec studuit Gesnerus valde mult habere, ne res longa fieret, et hanc ob causam n oblatis quidem per Ruhnkenium V. Cl. cuius ingenium et doctrinam quanti ipse fecerit, non vnus locus in his Orphicis declarat, vti voluit, potius su solius remigio rem gerere, forte etiam quod metuebat, ne sibi simile iterum accideret, quod i Scriptoribus rei rusticae factum est. Ruhnkenio tamen V. Cl. debentur Fragmenta inedita, et Collatio carminum Orphicorum cum Codd. Regiis Paris. 2763 2764 et 2765. quae in manibus Viri incomparabilis Ernesti erant, cuius suasu et consilio edition Gesnerianae adiectae sunt.

Ad editiones veniendum est. De primis quidem quid generatim statuendum sit, tum Henricus Stephanus ad Arg. 420. et Gesnerus ad v. 791. docet. Huic ad manus fuit e bibliotheca academica editio omnium prima, quam sigla P. in varietate lectionis designat, et forma quadrata, non vero, vt quidam tradunt, literis quadratis, excusa est. In fine legitur: *Anno ab incarnatione MCCCCC. die XIX Septembris. Impressum Florentiae impensa Philippi Iuntae bibliopolae. Si quos errores in hoc opere lector inuenies, qui properantes oculos nostros subterfugerint, eos pro iudicio tuo emendabis. vix fieri potest, vt non tales interueniant.* Quis curauerit hanc editionem, quae Argonautica et Hymnos habet, non constat; liber ipse omni praefatione destituitur, vnde forte aliquid liceret discere, quod huc faceret. Caeterum hanc primam editionem esse, et frustra iacta-

tam

tam a viris doctis editionem a Constantino Lascari curatam, probatum dedit b. Gesnerus in schedula, quae partem suae praefationis constituere debebat. En eam:

„Interim facere non possum, quin mentionem faciam illius opinionis, qua primum a Constantino Lascari edita esse Orphei certe Argonautica, cum viris doctis suspicatus sum. In Bibliothecae Taurinensis Catalogo p. 375 inter MSSos Graecos nr. CCLXI. f. 109 habetur titulus, Κωνςαντίνϐ τϐ Λασκάρεως προλεγόμενα τϐ σοφϐ Ὀρφέως, additurque ea edita esse in prima parte marmorum Taurinensium. Et habetur sane P. I n. X explicando marmori, Orphea a Bacchis discerptum repraesentanti, a p. 93-104 Constantini Lascaris libellus hoc titulo ex MS. editus, sed ita ipse leuis et Graeculae vanitatis plenus, ita porro negligenter et vitiose descriptus, vti talem quidem e Lascaris officina prodiisse, nullo modo sit probabile, neque dignus mihi visus sit, qui in hoc Syntagmate locum habeat, e quo alioquin etiam exclusi, quidquid non ad carmina, quae habemus, pertinet. Caeterum qui locus proprie cum quaestione nostra de primo editore coniunctus est, clausulam ipsius libelli huc ponere placuit, corrupte quidem et ipsam, sed vnde tamen illud, de quo hic agitur, confici videtur posse, si quis praesertim emendationes nostras recipiendas putaret. Sic ergo p. 104 Τὰ δὲ τϐ Ὀρφέως, (de Argonauticis in primis sermonem esse apparet) διὰ τὴν πολυετίαν, καὶ τὴν δυςυχίαν γένϐς (intelligit, credo, calamitates Graeciae a barbaris) τοσϐτον ἠφάνισαι, ὥςε μόλις εὑρίσκεται (f. εὑρίσκεσθαι)

θαι) ὀλίγα τινὰ, καὶ ταῦτα διεφθαρμένα καὶ ἀνέξητα (f. ἀνεξίτητα) Τὰ (f. Ταῦτα) γὰρ ἐν τῷ μόλις (f. τῇ πόλει) τῷ Μεδιολάνῳ εὗρον, ἔγραψά τε, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινύσας (f. κοινωνήσας) καὶ διδάξας, οὐδὲ δύναμαι εὑρεῖν οἷς παρόντα διορθώσαιμι ἐν πολλοῖς ἀμφίβολα ὄντα. Apparet Lascarin hoc egisse, vt ederet Orphei Argonautica, h. e. praelegeret, explicaret, dictaret, et, si fieri posset, typis quoque expressa daret: deinde, inuenisse illum Mediolani exemplum, illud descripsisse, *docuisse* h. e. praelegisse, ita fere vt *docere fabulam* dicitur, qui in scenam profert; sed cum in multis dubiae esset lectionis, inuenire non potuisse, vnde illud emendaret. Haec sunt, quae dicit, nihil aliud. Vtrum voti postea compos factus mereri vltra de Orpheo potuerit, hinc non discimus. Sed ex his, quae Boernerus de doctis hominibus Graecis etc. diligenter exquisita posuit, constat, Mediolani fuisse Lascarin ab A. 1454-1460, quo tempore inuenisse ibi debet Argonautica: tum Florentiae aliquamdiu, post Neapoli, Messanae autem ab A. 1465: ibi discipulum habuisse Bembum 1492, et paullo post diem suum obiisse A. 1493 vel 1494. Iam Mediolani edita Argonautica vix fugere poterant doctiss. Argelatum, qui tamen nullam eius rei mentionem facit in Bibliotheca Mediolanensi; licet in MSS. Ambrosianae Bibliothecae referat in praemissa historia typographiae literaria p. CLXXVI, D: *In Prolegomena Orphei*, qui sine dubio libellus ipse est, de quo hic egimus. De raritate Codicum Orphei MSS. illud modo, quoniam hic sumus, adiicimus, in MSS. Bibliothecae S. Marci Venetae, qui memorantur omnes esse Saeculi XV.

Vtrum

Vtrum exſtet hodie, et prodeſſe futuris editoribus poſſit, non habeo dicere, ille quem in Bibl. Vindobon. Catal. Neſſel. P. IV c. CLIII p. 86 laudari video, *Codex membranaceus antiquus et optimae notae, in quarto, conſtatque foliis triginta, et ad Io. Sambuci Bibliothecam olim pertinuit, quo continentur Orphei Thracis, vnius ex Argonautis, Argonautica.* Sed haec praeter conſilium atque inſtitutum, qui illa ſolum commemorare praeſidia velim, quae mihi praeſto fuere."

Florentinam excipit editio, quae Venetiis in aedibus Aldi et Andreae ſoceri menſe Nouembri M. D. XVII. charta octies plicata prodiit. Praemiſſum eſt Muſaei carmen cum verſione latina. Orphica carmina exhibet omnia, et in hoc differt a Florentina, quae carmine de lapidibus deſtituitur. Preſſo fere pede ſequitur eius lectiones, vt a doctis viris obſeruatum eſt. Praefationis nihil ibi legitur, nec verſionem latinam habet. Poſt Aldinam editionem eadem opuſcula, ſed inſertis poſt hymnos Orphei, quatuor Procli, et adiectis in fine ſententiis ex variis poetis, et Homeri Batrachomyomachia, prodierunt Florentiae per haeredes Iuntae 1519. 8vo. Ponam de hac editione, quae Geſnerus in fronte libri ſui poſuit: *Aldi Ro. praefationem etiam paucis immutatis deſcribit Ant. Barchineus. Et videtur ad ſingulas literas haec ab Aldina expreſſa eſſe. Certe quae obſeruaui typographorum peccata, ea ſunt communia; niſi quod Argon. 18. proprium habet Iunt.* λυϱγὸν *cum recte Ald.* λυγϱὸν, *ſed talia poſſunt eſſe plura, et tamen verum quod poſui. Liber de lapidibus habet quaedam propria.* Conſ. quae ad v. 656 legun-

leguntur. Hanc editionem sigla I. indicat. Quarta editio, qua vsus est Gesnerus, hunc titulum habet: *Orphei poetarum vetustissimi Argonauticῶn opus Graecum, cum interpretatione latina incerti autoris, recens addita, et diligentius, quam hactenus emendata. Apud inclytam Germaniae Basileam anno domini 1523. In fine: Basileae in aedibus Andreae Cratandri mense Iunio a. d. 1523.* Haec editio per Illustrem Schoepflinum ad Gesnerum venit. Quis eam curauerit ignoramus. Ad primam Iuntinam vel Florentinam graeca expressa esse, communia vitia, apertissima etiam, declarant, sunt tamen quaedam emendata, et obseruauit Gesnerus, eam aliquoties secutam lectionem vulgata meliorem, ex codice, vt putat, potius, quam e coniectura. Versio latina ea est, quam adespoton cum suo Valerio Flacco ediderat Io. Baptista Pius, et dedit etiam cum suo Valerio Pet. Burmannus. Esse eam a Mediolanensium Cribellorum quodam factam, docet is, qui ad editionem Valerii Aldinam Venet. 1523. 8vo vulgatam praefatus est. Hunc Cribellum viri docti eum habent, qui Leodrisii nomen gerit, de quo videri potest Argelatus in Bibliotheca SS. Mediol. h. v. quamquam hic vir doctus in eo fallitur, cum ibi ad auctoritatem editionis prouocat, et scribit: *Leodrisio expresse adscribitur in eadem* (Aldina) *praefatione a me inspecta.* Certe non accurate inspexerit Argelatus, nisi alium librum habuerit, quam ego. In meo sane exemplo nullum vestigium Leodrisiani nominis video, quin negat auctor, se scire nomen. Ponam ipsa verba: *Adiunximus — Orpheum per Mediolanensium Cribellorum quendam* (nomen non habere

potui-

potuimus) *latinum factum.* Ante Argelatum de eodem nomine etiam Barthius, Stat. Theb. III, 352. ad auctoritatem Aldi prouocauerat. Variis his editionibus parum adiutus Orpheus, medicinam et salutem adhuc expectabat. Illam ipsi adhibuit de graecis literis omnium optime meritus Henricus Stephanus, qui licet codicum adiumento destitutus, suo tamen ingenio, quo gaudebat felicissimo, et exquisita doctrina, inopiam ita compensauit, vt eiectis priorum editionum vitiis, detersisque scribarum maculis, Orpheo fere integritatem suam redderet, et iure sospitator eius habeatur. Ita purgatum inter suos Poëtas graecos principes heroici carminis, a. 1566. sacrum poëtam edidit Stephanus, post cuius diligentiam a sequentibus duobus editoribus, Lectio, et iuuene Eschenbachio, quorum libros Gesnerus pariter consuluit, eius annotationes suae editioni inseruit, vix quicquam immutatum, vel praeclari aliquid in his carminibus praestitum est. Ad hanc Henrici editionem suam carminum Orphicorum recensionem instituit b. Gesnerus, ita vt suadentibus vel codicum auctoritatibus, vel aliis rationibus, meliorem lectionem coniecturasque felices vel suas vel aliorum virorum doctorum lectioni vulgatae, si opus videretur, substitueret. Sed quanta modestia, quanta timiditate hic rem gesserit Gesnerus, quam etiam in hoc auctore in partem cautiorem more suo peccare, et vulgatam lectionem retinere maluerit, quam temeritatis criticae incusari, et aliquid ponere, quod non res ipsa posceret, vel de quo non constaret, veteris scriptoris esse, satis apparet. Ipse in interpretatione auctoris, officium

edito-

editoris primarium collocabat, a quo interdum ſtudioſe refugere critici ipſi videbantur, vt impunius vrerent, ſecarent, interpolarent. Sed redeamus in viam. In hymnis vſus eſt Geſnerus etiam Lectionibus variantibus ad aliquot hymnos Orphei e codice Auguſtano, quas cum ζωροαςρειων τε και πλατωνικων δογματων συνκεφαλαιωσει τε πληθωνος edidit Valentin. Hermannus Thryllitius, Viteberg. 1719. 4°. Eas varietates ad vnam omnes ſtudioſe annotauit editor, et ex illa ſyluula etiam petita eſt, quae p. 182. v. 26. ſine auctore exhibetur lectio. Inter multas alias cogitationes videtur Geſnerus Siglam omiſiſſe, quod idem accidit Lap. p. 328. v. 96. vbi in varietate ἀλλωμενος, ex Eſch. et p. 338. v. 64. λαβεθρα συν ex Ald. et Iunt. editione eſt. In carmine de lapidibus praeſidii aliquid exſpectabat Geſnerus noſter a paraphraſi et ſcholiis Hannardi Gamerii, ſed vana ſpe lactatum eſſe docent, quae de hoc libro in ſchedulam coniecit, quam hic exhibemus.

„Quam B. Fabricius memorat Hannardi Gamerii Paraphraſin, cum eius Scholiis et D. Wendalini Cronobachii Medici animaduerſionibus vulgatam Leodii 1578. 8 non vidi. Sed communicatum eſt mecum de Bibliotheca Regia Hannouerana exemplum antiquioris editionis, cuius notitiam breuem dabo: Titulus ita habet, *Orpheus antiquiſſimus et optimus poëta, Philoſophus Triſmegiſtus, de Lapidibus, nunc demum Latio iure donatus*, M. Hännardo Gamerio *Poëta laureato interprete.* (Scholae Tungrenſis Rectorem ſe vocat) *Acceſſerunt eiusdem* Hannardi ſcholia,


lia, *quae et rei medicae studiosis vtilia iucundaque futura sunt, et quae quibusdam locis obscurioribus plurimum lucis adferent.* (Neutrum ego praestiterim. Citantur loca veterum et recentiorum quaedam, vbi eadem nomina lapidum leguntur: quid lucis exspectari hic possit, mox specimine vel vno declarabitur) *Accessit praeterea argumentum in Orphei libellum* (Demetrii Moschi) Renato Perdrierio *interprete. Leodii ex officina Gualteri Morberii* 1576. 4. Iam de praefatione vnam alteramque notitiam ponam: „Comperi Argonau„tica felicissime latinitate donata, in quibus singuli „versus latini singulis graecis aptissime responderent. „Inueni quoque dicta Argonautica et Hymnos, cum „opusculo de lapidibus ad verbum in Latinum versa „Renato Perdrierio Parrhisiensi interprete, sed ne„quaquam pari felicitate cum ea, quam de Dei gra„tia et beneficio in Argonauticis, carmine Heroico „pulcherrimo redditis, quidam *Castellio* (*Cribellum* „voluit haud dubie, vacillante memoria) praestitit. „Huius enim in vertendo dexteritatem suspicio, il„lius vero solum conatum, beneuolentiam, diligen„tiamque collaudo.„ Haec eadem fere sunt, quae laudari in nostro Gamerio bona fide videntur posse. Equidem cupide cum inspicerem libellum, aliquamdiu desideratum, mox animaduerti, non esse quod poeniteret, non esse, quod deriuari in hoc Syntagma lectorum, quos mihi opto, interesset. Vnum specimen ponam, locum, in quo aliquid lucis inuenire optabam. Euoluat mihi aliquis de Lapp. Pro. v. 67-74 in quo quam laborem, in notis indicaui. Hunc bonus Gamerius ita transtulit:

At

At ſanos homines inſani ſaepe fatigant,
Et cogunt patrios miſeros ex vrbibus ire,
Mercurioque Deo paſſim conuicia dicunt:
Quod cum ſemideis olim verſatus, iniquum
Humano generi ſubito ſe praeſtitit hoſtem,
Difficilemque magum vulgato nomine fecit,
Quem penes et cultus et diuum oracla manerent.
Ipſe quidem fortis, multo certamine victor
Caedibus exultans claram Ioue praeſide lucem,
Et velut accenſo maiorem lumine reddit.
Sed genus hoc hominum etc.

Equidem hic, et in pluribus, quae inſpexi locis, plane quid ſibi vir voluerit, non intelligebam, relinquendumque ſtatuebam opuſculum his, qui de tota illa lapidum philoſophia quidquid vsquam eſſet, non nollent cognoſcere."

Haec ſunt, quae dicenda habuimus. Tu quisquis poſthac opera Geſneri vteris, viri de literis graecis et latinis optime meriti nomini et gloriae faue.



I. M.

I. M. GESNERI
PROLEGOMENA ORPHICA
IN SOC. SCIENTT. GOTTING. PRAELECTA
A. D. IX. IVN. 1759.

Cum de nauigationibus veterum extra columnas Herculis disputarem, non potui non de Argonautarum fabula, et quid in ea esset historicum, paullo quaerere diligentius. In ea autem re ne tolerabilis quidem futura erat disputatio, si non adhiberem illud aureolum carmen, quod Argonauticôn Orphei nomine circumfertur. Cum vero sic longo post interuallo ad scripta redirem, quae iuuenis cursim legeram, ne expers essem tanti nominis, tantae, quantam prae se fert, antiquitatis: videbar mihi plura, ac facilius aliquanto, quam olim intelligere, eaque ipsa re ad accuratius cognoscendum inuitari. Quid quaeritis AA. Sensi me paullatim ita, forte vetere quadam Orphei arte, demulceri Orphicarum rerum consideratione, vt statuerim otii quantum contingeret, vno alteroue anno illis impendere. Sed placuit eius diligentiae primitias quasdam vestro AA. submittere iudicio, vt eo vel confirmatus, vel ab ingrato labore reuocatus, in consilio deinde certo consistam. Ante omnia vero suis quibusdam finibus circumscripsimus operam nostram, ne nimis multa complexi, eo facilius destinatis excidamus. Difficile sane est pauca de Orpheo et in Orphea dicere, de quo viro, quo plura passim videmus commemorari, eo pauciora forte

sciuntur; nisi scire sit, sexcentas narrationes legisse, male inter se, vel cum aliis veri vbiuis terrarum fusi particulis cohaerentes, quae falsae non temere pos- sint esse omnes, omnes verae esse nequaquam possint.

Accidisse videmus in Orpheo, quod in Belo Ioue, Hercule, ceteris, quos facinorum magnorum et gentium insignium auctores vanitas illa generi hu- mano propria infinitum quantum multiplicauit, cum ad magna nomina referre origines suas vniuersi cu- piant. Sed cum illae genealogiae post aliquot sae- cula fidem et auctoritatem soleant amittere fundi- tus, contra ea illud studium ad Orphea referend- sententiarum suarum primordia a plurium saeculo- rum pene obliuione resuscitatum est, ad illius au- ctoritatem certamine velut inito prouocantibus hinc Iudaeis atque Christianis, hinc de noua Platoni- schola Philosophis, quorum facile princeps est Pro- clus Lycius. Sed hoc de studio Orphei in suas par- tes trahendi, deinde aliquid dicetur. Hic arctior- fine circumscripsi disputationem de Orpheo. Con- siderare placet illum cultus omnis humani et religio- num auctorem, qua parte relata est in scriptis, qua- nomen viri hodieque praeferunt, illius sapientia- vt si quis de Pythagorae non temporibus, non vita- non miraculis, non dogmatum systemate, sed d- aureis carminibus, et si qua alia illius fragmenta su- peresse dicantur, disputet. Igitur ante omnia, a- fuerit aliquis Orpheus, ad quem, quae exstant ho- die, carmina referri possint, quaerendum erit. N- opus quidem fuerit quaerere, si vsquequaque ver- apud Ciceronem (de N. D. I. c. 38), *Orpheum poëta- docet Aristoteles nunquam fuisse:* quo inducti erudi- homines plane nullum vixisse hoc nomine homine-

arb

arbitrati ſunt: Voſſius inprimis, qui (de Arte Poët. c. 13 p. 78) putat, *Triumuiros iſtos poëſeos, Orphea, Muſaeum, Linum, non fuiſſe, ſed eſſe nomina ab antiqua Phoenicum lingua, qua vſi Cadmus, et aliquamdiu poſteri.* Iunxerat tria iſta nomina etiam Celſus apud Orig. l. I. p. 14. Λῖνον, καὶ Μουσαῖον, καὶ Ὀρφέα, καὶ τὸν Φερεκύδην, καὶ τὸν Πέρσην Ζωροάστρην, καὶ Πυθαγόραν φήσας περὶ τῶνδε (de DIs et religionibus) διειληφέναι, καὶ ἐς βίβλους καταθέσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, καὶ πεφυλάχθαι αὐτὰ μέχρι δεῦρο. Quibus reſpondet Origenes p. 15. Καὶ τῶν μὲν σοφῶν τοῦ ποιητῶν ἔοικε μηδὲ τὰ βιβλία ἔτι σώζεσθαι, φυλαχθέντα ἂν, εἰ ὁ ἐντυγχάνων ἥσθετο ὠφελείας. Sed non negat noſter fuiſſe in hominibus Linum, Muſaeum, Orphea, Pherecyden, Zoroaſtrem, Pythagoram; an libri illorum ſuperſint, de eo dubitat. Conf. omnino L. 7. p. 367 et 368. Caeterum quid ſibi voluerit Ariſtoteles, ex ſcriptis viri, quae hodie ſuperſunt, non poteſt iudicari. Cicero quidem hoc dicit, niſi fallor, ſimulacra, εἴδωλα, ſpectra illa Epicureorum cogitari non poſſe, vbi de tali perſona ſermo ſit, de qua qui cogitant vel loquuntur, ipſi nihil certi et finiti habeant. Si enim non fuit Orpheus, idem Oeagri et Calliopes filius, idem poëta, idem Argonautarum ſocius, idem qui ſuam ab inferis reuocauit Eurydicen, idem ſcriptor carminum, quae hoc nomine veniunt; e quonam corpore velut deraſa atque euolantia illa εἴδωλα venient, ſine quibus nullam habemus, ſi fides Epicuro, rerum, quae extra nos ſunt, notionem? Non erat opus, pinguem iſtam Epicuri philoſophiam ſubtili argumento refellere. Sed conſtabit ſua vis argumento, etiam ſi fuit aliquis Orpheus, verum non

vnus, non talis, in quem ea, quae narrantur, omnia conueniant.*

Hoc sane videtur admittendum esse, nisi velimus dura et pene perfricta fronte omnem antiquitati fidem derogare, fuisse, quod modo dicebamus, vnum aliquem velut primigenium aut archetypum Orphea, sapientiae et vanitatis, veri ac fabularum, religionum atque superstitionum inter Graecos auctorem, ad quem deinde cum referrent vulgo inuenta sua et commenta posteri, monstrosa inde, ficticia certe persona exstitit, temporibus, locis, factis ita diffidens, vt vna esse non potuerit, hoc est, talis vt Orpheus esse non potuerit. Et ille quidem, quem modo archetypum et primigenium dicebam, Orpheus, quando, vbi vixerit? quid docuerit? nescio an liquido expediri possit hodie: sed hoc videre mihi videor, post impensam non ignauam operam conquirendis et excutiendis Orphicis omnibus, quae supersunt de Argonautarum illo socio fabulae et carmina, ea et inter se sic satis conuenire, et quam plurima habere intimioris doctrinae vestigia, quae mereantur obseruari, et vt nobilissima antiquae historiae particula in ea luce collocari, qua possint deinde etiam aliis doctrinae partibus prodesse. Hac ipsa vel opinione vel sententia commotus decreui, quae supersunt Orphica hodie, ea, quantum a me fieri poterit, emendata atque explicata edere. Ante omnia vero, quid de Orpheo ipso et de his reliquiis videatur,

tur,

*) Inter Cl. Hanouii Disquisitiones sunt etiam analecta quaedam de Orpheo, vbi varia tentat, ad ostendendum, non negatum ab Ari[illegible] fuisse Orphea. Nihil hic definiri posse puto, cum locus Aristotelis non prolatus sit: Aristotelem non negasse historiam ὁμολογουμένην, nouimus.

tur, proponere placet, ſi poſſim forte ea re quaſi audientiam facere patri poëſeos, et aditum ad hominum eruditorum notitiam parare.

Hoc igitur primum ſit et ὁμολογούμενον, fuiſſe omnino aliquem Orphea, magnum ſapientiae laude virum, Troianis temporibus paullo ſuperiorem, et propter longaeuitatem etiam excidio ſuperſtitem. Argonautarum quidem pars fuit: ſuperuixiſſe tamen cladi Troianae in libro de lapidibus ponitur: quae nec abſurda eſt fictio, cui centum aetatis anni ſufficiant. Aequalis fere, certe ſuppar Onomacrito, ad quem probabiliter vt videbimus referunt Argonautica. Pindarus (Pyth. Δ, 313) Argonautis adiunxit Orphea, et φορμικτὰν ἀοιδᾶν πατέρα appellat, h. e. auctorem carminum, ſ. verborum, quae cantantur. Ergo inſignis iam tum perſona Orpheus, nec potuit primum quaſi creatus eſſe, et in medium productus ab Onomacrito, qui vel aequalis, vt modo dicebam, vel haud multo maior fuiſſe poteſt Pindaro. Neque ſubito auctoritatem tales fabulae, cum primum vt fungi prodiere, ſolent nanciſci. Verbo, non laudaturus erat patrem carminum Pindarus, non daturus foras Onomacritus Orphei nomine carmina, niſi celebre iam tum Orphei, vt poëtae, nomen inter Graecos fuiſſet. Porro Orphica et Pythagorica inſtituta ſimilia Aegyptiis commemorat Herodotus (2, 81.) ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα (inſtituta Aegyptia) τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Πυθαγορείοισι, niſi Orphea nobilem perſonam putaſſet, non minus quam Pythagoram, non ita dicturus. Niſi ita Athenienſes ſenſerunt, quid ſibi voluit Euripides, cum paſſim Orphei mentionem intexit Tragoediis ſuis, velut de carminis illius praeſtantia et miraculis Med. 543 et Iphig. in Aulide 1711: vel quod myſterio-

rum auctor esset (in Rheso 943 Μυσηρίων τῶν ἀπορρήτων Φάνας ἔδειξεν) atque Rhesi consobrinus: vel quod victum seueriorem et abstinentiam ab animalibus docuerit, cum facit (Hippol. 952) Thesea exprobrare suo Hippolyto filio ἄψυχον βορὰν, cibum inanimatum, h. e. abstinentiam ab animalibus, et quod Orphea sibi regem fecisset, eoque sanctitatis et abstinentiae obtentu nouercam stupro polluere ausus esset. Num videntur probari in scena potuisse talia, nisi tum putassent homines, fuisse virum magnum Orphea, cuius institutorum aemuli sanctitatem affectarent praeter caeteros; vt nemo dubitare hodie potest, fuisse aliquem S. Franciscum, Ordinis Minorum auctorem, licet quae in Libro Conformitatum de illo praedicantur, iis fidem minime habeat. Eadem est ratio, cum Aristophanes (Ran. 1064) ex persona Aeschyli Ὀρφεὺς μὲν γὰρ inquit τελετάς ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι, quem locum ita reddidisse videtur Horatius (A. P. 391): *Siluestres homines sacer interpresque Deorum Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus.* Nescio an Aristophanes φόνων, et Horatius *foedi victus* nomine humanas victimas, ἀνθρωποθυσίας, intellexerint. Euripides quidem βουθυσίας ab Orpheo damnatas voluit, et omnem ἐμψύχων vsum: et sic Ὀρφικοὶ βίοι capiuntur apud Platonem (de Legib. 6 p. 626. A) ἀψύχων μὲν ἐχόμενοι πάντων, ἐμψύχων δὲ τοὐναντίον ἀπεχόμενοι πάντων. Probabile est carnibus animalium abstinuisse Orphicos, certe boum aratorum, quod sic agriculturae originem, Cereris Eleusinae beneficium, commendare ciuibus suis vellent. Hinc poetae signum aeneae aetatis, et fugae Astraeae caussam fecere βουθυσίαν, de quo dulcis locus

locus eſt Arati Phaenom. 132 πρῶτοι δὲ βοῶν πάσαντ' ἀροτήρων. Socrates in Apologia ſua (Plato. p. 369. A) gaudium ſe praecipere ait ex colloquiis apud inferos inſtituendis cum Orpheo, Muſaeo, Heſiodo et Homero. Profecto non facilius poteſt negari Orphea aliquem fuiſſe, quam Pythagoram aut S. Franciſcum. Obſeruemus et hoc, ſcripta monimenta ab Euripide tribui Orpheo. Canit Pheraeorum chorus (Alceſt. 968.) nihil eſſe, quod vincere neceſſitatem poſſit, ἐδέ τι φάρμακον Θρήσσαις ἐν σανίσι, τὰς Ὀρφεία κατέγραψε γῆρυς. Scena fabulae eſt ex ipſa aetate, qua Orpheus ſenior, iunior Hercules, Alceſtis Peliae filia, ponitur; negat chorus, remedium contra neceſſitatem Thraciis patriae ſuae tabulis ſcribendum dictaſſe Orphea. Fuerunt ergo, cum iſta in ſcenam ferret Euripides, carmina, quae Orphei eſſe dicerentur: et potuit forte Euripides puer ſenem videre Onomacritum eum, quem carminum Orphicorum ſcriptorem faciunt fere antiqui Chriſtianae religionis apologetae, et Piſiſtratidarum temporibus aſſignant. Recte Herod. 7, 6. Qui Xerxem inuitabant ad bellum Graeciae inferendum Piſiſtratidae, habebant ſibi adiunctum Onomacritum, ἄνδρα Ἀθηναῖον χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶ Μεσαίε. Placandus autem erat Onomacritus; ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχε τε Πεισιςράτε ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφόρῳ ἁλὲς — ἐμποιέων εἰς τὰ Μεσαίε χρησμὸν κ. τ. λ. Hac arte ſua recitandi tantum bona Xerxi, omittendi contraria, vt apud Regem vteretur Onomacritus, perfecerunt Piſiſtratidae. Non ita remotus erat Herodotus ab hac aetate, vt falli potuerit, aut voluerit fallere. Non carmina

pauca, sed aceruum librorum, βίβλων ὅμαδον Orphei, Platonis aetate proferebant homines quidam, Orpheotelestae, ex quibus sacra expiatoria peragerent (vid. de Rep. 2 p. 424. D). De aetate Orphei plane non disputat Plat. de LL. 3. pr. s. p. 585. E. χίλια ἀφ' ὃ γέγονε, ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη, τὰ μὲν Δαιδάλῳ καταφανῆ γέγονε, τὰ δὲ Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Παλαμήδει κ. τ. λ.

Alterum, quod vniuersim in hoc velut Orphicorum prooemio post aliquam considerationem non nimis defunctoriam pronunciare mihi posse videor, illud est: Quae hodie exstant sub Orphei nomine opuscula, Argonautica, Hymnos, de Lapidibus, ea idem habere consilium ac propositum videri, commendare scilicet cerimonias et mysteria, facere Orphea Deorum amicum et interpretem, qui ab his edoctus et morborum remedia, et expiatoria omnium praue factorum sacra, et depulsoria periculorum, et portentosa in rerum omnium desperatione auxilia, vel depromserit in ipso actu, vel vnde petenda essent etiam posteris ostenderit. Posset hoc per singula argumenta eundo facile planum fieri. Sed commodius fiet tum, vbi licebit ad singula nouae quam molior editionis prouocando in rem praesentem lectores deducere. Interea fidem ea in re haberi mihi postulare videor posse, vt et in illo, quod confirmo, nihil dum esse in his libellis a me animaduersum, quod repugnet illis temporibus, quibus fuisse dicitur Thracius ille Orpheus, qui in omnibus tanquam e sua persona loquens introducitur; non vrbium, non hominum nomina, non inuentorum, aut cuiuscunque rei denique mentionem, quam recentiorem esse Troianis temporibus, demonstrari queat. Sic μεγάλες σωτῆρας

τῆρας in εὐχῇ 21. esse Castora et Pollucem pulchre ostendit Hemsterh. quem ibi citaui: verba omnia vel Homerica, vel ea moneta percussa, quam in Homeri et vetustorum oraculorum verbis deprehendimus. Modeste hic agendum esse A A. sentio. Quis enim, ne de me dicam, cuius forte nec sentientis conuellere memoriam senectus incipit, quis integrae homo aetatis ita valet ista reminiscendi facultate, vt nihil illum in his tot minutis rebus queat fallere? quis ita intentum semper animum habere, ita semper vigilacem velut praestare attentionem potest, vti dormitet nunquam vel oculos deiiciat? Hoc quidem possum confirmare, ea me mente legisse Orphica, vt integrum me seruarem, quin vt in lucro ponere vellem, si quid se offerret, in quo deprehendi posset carminum nouitas. Nunc asseueratius possum agere, postquam ita saepe legi, tantamque familiaritatem contraxi cum his libellis. Et dabo auctorem, si quis alius, memoriosum, qui certe de Argonauticis idem affirmet, Dau. Ruhnkenium Ep. Crit. 2. p. 69, 15, „qui Argonautica Orpheo subiecit, siue Onomacritus fuerit, siue alius, scriptor certe meo iudicio est vetustissimus. Nam ne vllum quidem recentioris „aetatis vestigium, quamuis diligenter animum attendas, per totum poema reperias; contra plura „egregia, et quae priscum aeuum sapiant. Dictio „fere est Homerica." etc.

Sed quid? si ipsa oratio et dialectus repugnat antiquo alicui Orpheo? Colligere quis tale quid possit ex Iamblicho (de vita Pythag. c. 34. p. 169 Kust.) qui in Pythagorica Doricae dialecti commendatione plerosque historicos ait tradidisse, κεχρῆσθαι

τῇ

τῇ Δωρικῇ διαλέκτῳ καὶ Ὀρφέα, πρεσβύτερον ὄντα τῶν ποιητῶν, Orpheum Thracem, poëtis (nobilibus Homero, Hesiodo ceteris) antiquiorem, etiam antiquissima dialecto Dorica, vsum esse, cuius in Orphicis nostris vestigium ostendere difficile fuerit. Sed salua res est. Historici isti apud Iamblichum loquuntur de istis, quas Θρήσσας σανίδας ab Euripida vocari, modo vidimus, de his quae ab ipso Orpheo in literas relata esse dicebantur. Haec porro quae nunc exstant, ab Atheniensi Onomacrito Pisistratidarum et Xerxis aetate literis ac libris mandata esse, communis plurium antiquorum sententia est, vt modo indicauimus. Hic Onomacritus potest vel conseruatis sententiis omnibus, et bona verborum parte, dialectum modo mutasse, Homerice et, vt sic loquar, Solonice loqui antiquum Orphea docuisse: vel pro suo arbitrio quae viderentur, addidisse, demsisse, quam illius circa oracula artem refert Herodotus (7, 6). Mihi quidem non fit probabile, simpliciter confingere omnia ausum esse, vel opus habuisse, vel potuisse adeo, Onomacritum. Debet iam magna in opinione fuisse Orpheus, debent iam circumlata tum esse varia eius carmina, ad quorum exemplum plura effingere ingenioso homini non difficile fuerit. Dorica quidem certe dialectus non magis debet valere ad impugnandam Orphicorum, quae supersunt, antiquitatem, quam Pelasgicae literae, quibus vsum Orphea, est apud Siculum Diodorum (3, 66 p. 236, 67)

Denique illud quoque ad vniuersam de Orphicis disputationem pertinet, et hic velut praestruendum est. Non mirabor ego, si quaerat aliquis, Si antiqua sunt, quae habemus Orphei carmina, si ac

Ono

Onomacriti certe aetatem aſſurgunt: quî non frequentior illorum apud antiquos fit mentio? Hic illud cogitemus, primo laudari tamen vnum alterumque verſum a Platone (Cratylo p. 265, A), vbi philoſophiam Heracliticam et Orphicam inter ſe comparat, et quidem non ita, vt Ὀρφικοὶ vel τὰ Ὀρφικὰ memorentur: ſed diſerte, λέγει δέ πȣ καὶ Ὀρφεὺς, laudari a Diodoro Siculo (1, 11. it. 12) qui certe et Chriſtianis omnibus, et recentioris ſcholae Platonicis antiquior eſt.

De fide noſtrorum Apologetarum, Clementis Alexandrini praeſertim, hic non diſputamus; qui vel primum Iliados verſum eſſe leuiter inflexum ex Orphico carmine (cf. Fragm. XVIII), vel Pythagoram ſuppoſuiſſe verſus ſuos, (Strom. 1. p. 397, 14. vid. Potter.) ex ſcriptoribus, qui tum exſtitiſſe debent, memorant: quale quid in mentem venire non potuit his, qui non iidem ante Pythagoram et Homerum exſtitiſſe verſus Orphei putarent. Sed ratio eſt in promtu, cur multa quidem debuerit eſſe Orphei apud poſteros mentio: carmina ipſa ab initio homines vix ac ne vix quidem ſcriptis ſuis intexuerint. Myſtica enim fuerunt pleraque omnia, pars religionum, orgiorum, myſteriorum, ſub ſancti ſilentii ſacramento commendata myſtis, quae diuulgari et referri ſalua pietate non poſſent. Itaque de Orpheo, vt inuentore omnium myſteriorum et cerimoniarum ac religionum auctore praedicare ſolent, a verbis vt religione conſecratis, fere abſtinent (Herod. 2, 81. Pauſ. Boeot. 30. Celſus ap. Orig. 7 p. 367). Exorta Euangelii lux diſcuſſit illas tenebras, cum ſoluti prauis religionibus noſtri nihil dubitarunt ἐξορχεῖσθαι (magnum crimen apud

anti-

antiquos illos, et ipſi Alcibiadi funeſtum) et quae age rentur in myſteriis, vulgare: quo in genere Iuſtinu Martyr et Alexandrinus Clemens primi videntur. Ce terum via ſemel aperta, nec alieni a noſtra perſuaſion dubitarunt publicare, quae latere diutius non poſſe vi derent, et hoc modo agere, vt quae ad ignominiam impietatem, turpitudinem traherent Chriſtiani, ea ve ad rerum naturam declarandam, vel ad interiorem ali quam theologiam, ſeu metaphyſicam dicere malis, re ferenda eſſe, perſuadere hominibus ſtuderent.

Operae autem pretium cum putarem, haec no ita modo vniuerſim, poſt perluſtratas curſim Orphica reliquias, pronunciare, ſed ſingula etiam ſeorſin conſiderare fragmenta; non contentus H. Stephan Eſchenbachiique collectionibus, diligenter ex omni ſcriptorum genere, quaecunque reperire potui, Or phica verba collegi (qua in re mirum in modum Indi cibus me Fabricianae Bibliothecae inſertis adiutum, in grati eſſet diſſimulare) et meis in ſchedis, non modc a quibus ea auctoribus, ſed quo libro et loco libri ea conſeruata ſint, annotaui, vt iam in procliui ſit reperi re, quis ſcriptor, quibus verbis, quo conſilio quemque locum protulerit. Quae res cum laboris non nihil ha buerit, hoc viciſſim commodi feret, vti appareat, quantum veri ac ſolidi ſit in illa virorum doctorum Cudworthi (Syſtem. intell. p. 247) et Moshemii (ad eum locum n. 37) ſuſpicione, a Iudaeis et Chriſtianis ſimilem hic fraudem admiſſam eius, de qua circa Sibyllinos libros verſata nemo temere hodie dubitat. Atque hunc fructum laboris non nullius noſtri, quem ſi abſoluere liceat, vltimam fore humanarum occupationum mearum non ſine cauſa ſuſpicor, tum demum proferre integrum erit, cum Orphica omnia vno volumine comprehenſa ac diſpoſita commode exhibere continget: quo facto, quod nunc nimis impeditum ac ſpiſſum eſt, nullo pene labore, ipſo velut oculorum coniectu arbitrari, qui volent, poterunt.

ΟΡΦΕ

ΟΡΦΕΩΣ
ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

INTERPRETATIO
LATINA
IO. MATTH. GESNERI.



ΟΡΦΕΩΣ ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.



Ωναξ Πυθῶνος μεδέων, ἑκατηβόλε, μάντι,
Ὃς λάχες ἠλιβάτȣ κορυφῆς Παρνασσίδα πέτρην,
Σὴν ἀρετὴν ὑμνῶ· σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις·
Πέμ-

O Rex Pythonis potens, longe iaculator, idem vates, Qui ſortitus aprici ſemper (*tibi ſoli ſemper acceſſi*) verticis rupem Parnaſſiam, Tuam virtutem cano: tu viciſſim bonam

1. Ἄναξ Aſ. 2. παρνασίδα Aſ.

3. Κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις.] Haec verba ita haſtenus interpretati ſunt, ac ſi poeta proprii ſui nominis famam extendi ab Apolline petat. Sed praeter hunc, longe alius horum verborum eſſe poteſt ſenſus. Nimirum in hac inuocatione duo potiſſimum ab Apolline petit poeta: Primo, vt ſibi vniuerſam ſequentis hiſtoriae ſeriem vere et ex ordine enarrare liceat, adiuuante et inſpirante Deo; quemadmodum Virgilius: *Muſa mihi cauſſas memora* etc. quam partem abſoluit his duobus verſibus:

Σὴν ἀρετὴν ὑμνῶ, σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις,
Πέμπε δ᾽ ἐπὶ πραπίδεσσιν ἐμαῖς ἐτυμηγόρον αὐδήν.

Deinde, vt eandem hiſtoriam dulcibus modulis et ſonoro carmine pertraſtare poſſit, quam partem itidem duobus ſequentibus verſibus abſoluit:

Ὄφρα πολυσπερέεσσι βροτοῖς λιγύφωνον ἀοιδὴν
Ἠπύσω, μȣ́σης ἐφετμαῖς ἠδὲ πηκτίδι πυκνῇ.

Τὸ igitur κλέος ὀπάσσαις, optime, mea quidem ſententia, exponi hoc ſenſu poſſet per διαδεδομένην φήμην διήγησον, ita vt plane reſpondeat illi adduſto Virgiliano: *Muſa mihi cauſſas memora.* Quodſi tamen quis in priori ſenſu accipere velit haec verba, huic quidem non repugnabo, modo non cum vulgatis interpretibus haec verba a ſequentibus ſeiungat, ſed in ſequenti verſu τὸ δὲ pro copulatiua, (quod ſaepe ita apud hunc poetam occurrit) habeat; ita vt ſenſus ſit: Tu mihi hanc gloriam largire, vt late disperſis hominibus etc. Τὸ κλέος τῶν μέσων eſſe, omnibus notum. Quemadmodum etiam *clarus* apud Salluſtium accipitur: *Apud ſocios clari magis quam honeſti.* Ὀπάζειν Heſychius

Πέμπε δ' ἐπὶ πραπίδεσσιν ἐμαῖς ἐτυμηγόρον αὐδὴν,
Ὄφρα πολυσπερέεσσι βροτοῖς λιγύφωνον ἀοιδὴν
Ἠπύσω, Μούσης ἐφετμαῖς, καὶ πηκτίδι πυκνῇ.
Νῦν γάρ σοι, λυροεργὲ, φίλον μέλος ἀείδοντα
Θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι, τάπερ οὔποτε πρόσθεν
Ἔφρασ', ὅταν Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος ἄνακτος
Κέντρῳ ἐλαυνόμενος, φρικώδεα κῆλ' ἐπίφασκον,
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἄκη· μετὰ δ' ὄργια μύσταις·
Ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαρτον ἀνάγκην,

Καὶ

4. πραπίδεσιν Pr. P. A. I. ἐτημ. Af.

ſychius exponit χαρίζεσθαι, Ὤπασεν, ἐχαρίζετο. Sic Prometheus apud Aeſchylum: Πῦρ ἐγὼ σφιν ὤπασα, quod Horatius: *Intulit.*

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit.

Alibi etiam ὤπασε exponitur ἐτύπωσε, vt apud eundem Aeſchylum: ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. verſ. 498. Non equidem ignoro, inferius τὸ κλέος ἐσθλὸν ὀπάζειν occurrere alio ſenſu, ſed ibi τὸ ὀπάζειν refertur ad κλέος, et interpretandum per verbum *ſequi;* hic vero refertur ad σύ.

ESCHENB.

6. Ἠπύσω.] Vt hic ἐφετμαῖς correpta media, ſic ἐρετμοῖς, v. 67. Ἢ καὶ ὑπ' εἰλατίνοις ἐρετμοῖς ἁλιμυρέα βένθη: ſic et alia multa ap. hunc poetam. H. STEPH.

6. Μούσης ἐφετμαῖς.] i. e. *carmine.* ἐφετμαῖς, nonnunquam pro ἁρμοῖ vel ἁρμοζόντως. et ita intelligunt interpretes Callimachum εἰς Δῆλον:

Ἀλλὰ φίλη, δύνασαι γὰρ, ἀμύνειν πότνια δούλοις
Ὑμετέροις, οἳ σεῖο πέδον πατέουσιν ἐφετμῇ.

Vbi τὸ ἐφετμῇ reddunt etiam *legitime.* Sed vt dicam quod res eſt, in hoc Callimachi loco non videtur recte verti *legitime* τὸ ἐφετμῇ, ſed σεῖο ἐφετμῇ coniungitur, tuo iuſſu terram peragrant. Iris nimirum et Mars, vt perſequantur Latonam, quemadmodum in Hymno Panis, qui Orpheo tribuitur.

Βαίνει γὰρ τάδε θεῖα πολύκριτα σαῖσιν ἐφετμαῖς.

Mediam in ἐφετμαῖς hic auctor corripit, vt et infra in ἐρετμοῖς et alibi ſaepe, quod tamen Henricus Stephanus iam obſeruauit. ESCH.

Πηκτίδι πυκνῇ.] τῶν πηκτίδων mentionem facit Ariſtoteles lib. VIII. c. VI. Politic. Athenaeus lib. IV. et XIV. Scaliger in Hiſtorico cap. XLVIII. haec refert; *Erat et πηκτὶς duobus tantum neruis. Pulſabant autem radiolo altera manu quod plectrum a percuſſione appellarunt: altera premebant neruos certis interuallis etc.* πυκνῇ, nimi[rum] craſſe reddunt: *lyram craſſam.* πυκνὸς a πύκα eſt, hoc autem ἀντὶ τοῦ ἐπισημόνως παραλαμβάνεται teſte Aeſchyli Schol. ad ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις verſ. 151. vnde εὖ πυκάζει exponit: ἐντέχνως καὶ ἐπισημόνως ἔντεινε τὸ τόξον. Quin ipſum verbum πυκάζω ornatus quandam et elegantiae ſignificationem habere videtur in verſibus illis Archeſtrati qui citantur ap. Athenaeum lib. [...]

Ἀ

bonam mihi gloriam praesta, tu immitte vocem praecordiis veridicam, vt dispersis late hominibus subtile carmen (5) Musae instinctu, argutaque cithara, insonem. Iam enim tibi, Lyricen, (*Musaee*) gratum carmen dicere mens iubet, et canere, quae nunquam prius elocutus sum, quum Bacchi Apollinisque Regis stimulis agitatus, horrenda (*eorum in gigantas*) tela enarraui: (10) *itemque* mortalibus aegris remedia, magnas religiones initiatis *enarraui*. *Nempe* antiqui primum chaus superiorem inuidia (*inuictam*) necessitatem,

11. ἄκη μεγάλ', ὄργια Piers. V. Not. 12. Φάεs Voss.

'Αλλ' δὲ στεφάνοισι κάρα παραδοῦντα πυκάζει
Παντοδαποῖς, οἷς ἄν γαίας πέδον ὄλβιον ἀνθοῖ.

Quid sit νοῦς πυκνὸς, et ἀνὴρ πυκνὸς, notum est. ESCHENB.

7. Λυροεργέ.] Nescio cur hic interpretes λυροεργὲ maluerint exponere per *Lyrae inuentorem aut patrem*, quam simpliciter per *Lyristam*, cum tamen ipsum vocabulum graecum et fabula etiam hoc potius requirant. Mercurio enim huius instrumenti inueptio tribuitur, quod ab inuentore acceptum Apollo, ad fistulae modulos, lineis, quibus ante erat instructum chordis exemtis, atque nerueis intentis, adaptasse tantum legitur. vid. Scaliger loco superius adducto. Et aperte Horatius l. I. Od. X. Mercurium vocat *curuae lyrae parentem*. ESCHENB.

7. Recte Eschenbachius, quod *Lyristen* hic potius quam lyrae inuentorem intelligit: sic enim γεωργο-, ἱερουργὸς, θεουργὸς, κρεουργὸς, e. i. g. a. non sunt, qui terram, lanam, deos, carnes inueniunt; sed qui tractant: sed hoc male, quod refert ad Apollinem, cuius mox v. 9 in tertia persona fit mentio. Breuiter, Musaeum suum alloquitur, ad quem directum totum carmen, satis ostendit v. 1344. (conf. 856. 884. 1189.) Canit Orpheus, quae discat Musaeus, quibus lyrae sonos accommodet. GESN.

8. Θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι.] Pindaricum hoc est, ita enim Ol. 3. ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαιν. et paulo post: 'Εμὲ δ' ὦν πα θυμὸς ὀτρύνει φάμεν. Claudianus: *Mens congesta iubet*, et: *totum spirant praecordia Phoebum*. ESCH.

9—45. Hunc locum merito Bibliothecae graecae inseruit Fabricius 1, 29, 3.

11. Io. Pierson. Verif. 1, 9. p. 103. coniicit pro μετὰ δὲ legendum esse μεγάλα, idque iungit cum ἄκη, sicut v. 38. μέγ' ὄνειαρ, et 467. μέγα ὀφέλσιμον, v. v. Mihi magis placerent μεγάλ' ὄργια, quae Φοινιτὰ θεοῖς, ἄῤῥητα βροτοῖσιν, vt v. 465. vocantur. Suspicor, tria hic velut capita carminum Orphicorum constitui, κῆλα Φρικώδεα Tela Deorum missa in Pythonem illum Parnassi possessorem, in Titanes, deinde curationes morborum, denique mysteria varia et ritus occultos, quod vltimum genus, vt suum proprium opus, latius explicat.

12. 'Αρχαίη μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαρτον ἀνάγκην.] Per ἀνάγκην hic illa intelligitur necessitas, quam caussam omnium rerum multi statue-

Καὶ Κρόνον, ὃς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοισιν ὑφ᾽ ὁλκοῖς
Αἰθέρα, καὶ διφυῆ, περιωπέα, κυδρὸν Ἔρωτα,
Νυκτὸς

13. ὡς — ὑπ᾽ ὁλκ. Ας. ἐλόχη ἀπειρεσίῃσιν Voss.

tuebant Philosophi, vt Democritus et alii. Ideoque et Chao et terrae apponebant necessitatem. Et Pythagoras τὴν ἀνάγκην τῷ κόσμῳ περικεῖσθαι dicebat, vt auctor est Iamblichus in vita Pythagorae, quamobrem ἀνάγκη, ἡ πάντα κρατοῦσα, et, sec. Aristotelem οὐκ ἄλλο τι λέγεται πλὴν ὁ θεὸς, ἀκίνητον οὐσίαν ὤν. Eam tamen submittit Dei consiliis Hesiodus ἔργ. v. 15.

Οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτὸς, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἀνάγκης
Ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.

Hanc de necessitate doctrinam recoxit nuper Spinosa, qui sentit omnia semper fuisse et esse necessaria. Ἀμέγαρτον, Hesychius ἀφθόνητον, ἀζήλωτον, ἢ πολὺ, ἢ μέγα· ὡς τὸ ἀμέγαρτε συβῶτα, ᾧ οὐκ ἄν τις φθονήσειεν. Cuius magnitudo tanta est, vt inuidiam exuperet, quod Horatius lib. II. od. XX. dixerit *inuidia maior*. Catullus in eundem fere sensum:

Aut ne quis malus inuidere possit,
Cum tantum sciat esse basiorum.

Quemadmodum etiam in contrarium idem vocabulum accipitur de eo, quod ne quidem inuidiam meretur. Sic apud Aeschylum in Supplic. v. 650. αἰδοῦνται δ᾽ ἱκέτας Διὸς, ποίμναν, τάνδ᾽ ἀμέγαρτον. ad quae Scholia: Τὴν ὑμῶν σύστασιν ἀφθόνητον, διὰ τὸ ἀτελές. ita fortassis ἀμέγαρτον πόνον dixit Homerus Iliad. β. v. 420.

Ἀλλ᾽ ὅγε δέκτο μὲν ἱρὰ, πόνον δ᾽ ἀμέγαρτον ὄφελλεν.

Aeschyl. Prometh. Τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ᾽ ἀδήριτον σθένος. Sed alio sensu.

ESCHENB.

13. Ἀπειρεσίοισιν ὑφ᾽ ὁλκοῖς.] Ambo interpretes latini, ignoti nominis ἔμμετρος, et Renatus Perdrierius, hic legisse videntur: ἀπειρεσίοισιν ὑπ᾽ ἀλκαῖς, forte non adeo male. Magis tamen arridet haec lectio, quippe quam omnia quae habui exemplaria excusa seruant. Ὁλκος, ab ἕλκω, propriissima et proxima significatione est *extensio*, seu extractio, vt ita dicam, *in longum*. Vnde Scholiastes Nicandri ad illa ex Alexipharmacis:

— ἀμφὶ δὲ ὁλκὸς
Τέτρηχε γλώσσης νέατος ὑποκάρφεται ἰθμός.

Ὁλκος, inquit, περιφραστικῶς τὸ μῆκος καὶ ἡ παράτασις τῆς γλώσσης. Latinum Tractus commodissime huic graeco respondet: *Tractus* enim, (quod et Giphanio ad Lucretium obseruatum est) fere est longa rerum extensio, vt: *Tractus longi flammarum*, apud eundem Lucretium, quos Graeci alias διαῤῥοίας, minus tamen feliciter, et Aratus ῥυμὰς dicunt. Ita etiam Virgil. 1. Georg.

Flammarum longos a tergo albescere tractus.

Vnde Manilius speciem cometarum facit, quos *Tractos* ob extensionem caudae appellat. *Trahere vitam, tempus, aeuum*, non minus notae quam elegantes locutionis formae. Neque etiam infrequens ipsius verbi ἕλκω in Aethereis et coelestibus describendis apud auctores vsus est: Aratus in Phoenom. de naue. ὡς ἥγε πρύμνηθεν ἰησοῦς ἕλκεται ἀργώ. Vbi Scholiastes τὸ ἕλκεται simpliciter exponit per τὸ φέρεται. Cicero vertit:

At

tem, et Saturnum, qui immensis tractibus (*nixibus*) progenerauit Aethera, et geminum, conspicuum, nobilem Amorem,

ὑπ' ὀλ. etiam Pr. AIC. V. N.

At canis ad caudam serpens prolabitur Argo,
Conuersam prae se portans cum lumine puppim.

Idem statim ab initio Phaenom.

Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε, καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἐόντες
Οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.

Vbi rursus Scholia. Οὐρανῷ δὲ ἕλκονται, ἀντὶ τοῦ σὺν τῷ οὐρανῷ φέρονται. et Cicero lib. II. de Nat. Deor. reddit:

Caetera labuntur celeri coelestia motu.
Cum coelo simul noctesque diesque feruntur.

ESCHENB.

13. Vix dubito, quin vera huius loci lectio seruata sit a Steucho de perenni Philos. 7, 10. p. 431. pr. ἀπειρεσίοις ὑπὸ κόλποις. Suadet hoc illa aspirationis absentia, quam in V. L. indicauimus: suadet illud, quod κόλποι ad λοχείαν, generationem, sunt sine dubio accommodatiores ὁλκοῖς, aut ὁλκαῖς adeo. Κόλποι βρυβοῦς Fr. 16, 3 quid sint, dubitari non potest. Ita Fragm. 6, 9 Ζηνὸς ἐν γαστέρι omnia nata sunt, et v. 36 ἱερὰ νηδὺς commemoratur. Add. Fr. 8, 4 et 8 it. 19: praesertim Fr. 22. Αὐτὰρ Ἔρωτα Ζεὺς καὶ πνεύματα πάντα τέκνωσε, vbi τέκνωσε plane respondet τῷ ἐλόχευσεν. Apud Aristoph. Auib. 695. Ἐρέβους ἐν ἀπείροσι κόλποις τίκτει Νύξ.

GESN.

14. Mihi videtur, διφυῆ referri ad communionem vtriusque sexus, quam Dis tribuebant (vid. F. 6, 11); idque inductione probari posse locorum, quae Index s. Lexicon Orphicum ostendit. Res ipsa, de duplici sexu, plane Orphica. Sic Fr. 6, 11 Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη. De Luna H. 8, 4 θῆλύς τε καὶ ἄρσην, quam διφυῆ dixerat v. 1. De Minerua H. 31, 10. Ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς. H. 41, 5 Misen vocat Ἄρσενα καὶ θῆλυν, διφυῆ. Ceterum, hic ἔρως idem est quem πρωτογόνον διφυῆ vocat H. 5, 1. GESN.

14. Καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν ἔρωτα.] Τὸ διφυῆ, amori etiam tribuitur in Hymnis qui vulgo Orpheo adscribuntur, vbi in ἔρωτος θυμιάματι, v. 4. εὐπάλαμον, διφυῆ, πάντων κληΐδας ἔχοντα. Scaliger reddit: *Caute, gemelle puer, qui cunctorum aedituus es.* L. Seneca in Hippolyto:

Diua, non miti generata ponto,
Quam vocat matrem geminus cupido.

Nil notius in Socratica schola quam διφυὴς hic amor, qui modo dicitur διπλοῦς θεὸς, vt apud Lucianum in Amoribus, pag. editionis nouae 899. modo δύο κάλλη, vt apud Achillem Tatium lib. II. de Clitoph. et Leucipp. Amor. et aliter aliis. Nam amorem alterum dicebant οὐράνιον, alterum πάνδημον, de quorum contraria inter se natura, vide praeter citatos auctores Platonem, Xenophontem in Sympos. Lucianum in Encomio Demosthenis, Apuleium et alios. Illum οὐράνιον Orpheus in hymnis vocat πρωτόγονον et ibidem etiam διφυῆ. per πρωτόγονον enim intelligitur ἔρως. Nam amorem omnium Deorum vetustissimum credebant Theologi, et illo tempore natum, quo nondum coe-

Νυκτὸς ἀειγνήτης πατέρα κλυτόν· ὅν ῥα Φάνητα
Ὁπλότεροι καλέουσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.
Βριμοῦς τ' εὐδυνάτοιο γονὰς, ἠδ' ἔργ' ἀΐδηλα
Γηγενέων, οἳ λυγρὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἐστάξαντο

Σπέρ-

16. κικλήσκουσι As. Voss. PAI. 17. βριμοῦς τε — ἔργα Voss. ἔργ' As.

coelum ac dii erant, de quo vid. Hesiod. Theogon. et Platonem in Conuiuio. ESCH.

15. De Phanete plura hic non addimus. Orphica loca prodit volentibus Index in Φάνης et ἠρικαπαῖος. GESN.

15. Ὅν ῥα Φάνητα.] Insignis locus apud Lactantium lib. I. de falsa religione cap. V. de hoc numine. *Orpheus*, inquit, *qui est vetustissimus poetarum, et aequalis ipsorum deorum, (siquidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule nauigasse) Deum verum et magnum πρωτόγονον, primogenitum appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum; sed ab ipso sunt cuncta generata: eundem etiam Φάνητα nominat, quod cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit, cuius originem atque naturam quia concipere animo non poterat, ex aere immenso natum esse dixit.*

Πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.

Similem locum habemus in πρωτογόνου θυμιάματι, vbi praeter alia, quae apprime his conueniunt, illum πρωτόγονον suum Φάνητα etiam vocat et πρίηπον ἄνακτα. Vnde miror Scioppium, optime alias de Priapo meritum, hoc tamen Priapi nomen non aduertisse, maxime cum Nonnus in explicatione historiarum, quarum meminit Nazianzenus, tam luculenter hoc numen describat: ἐν τοῖς ὀρφικοῖς ποιήμασι, inquit, συνεστήχθη τὰ δύο ταῦτα ὀνόματα, μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν, ὧν τὸν Φάνητα εἰσφέρει αἰδοῖον ἔχοντα ὀπίσω περὶ τὴν πυγὴν, λέγει δ' αὐτὸν ἔφορον τῆς ζωογόνου δυνάμεως. ESCHENB.

16. Probe antiquus Φάνης, si Noctis pater, e qua orta fere reliqua, docent Theogoniae v. g. Hesiodea 124. Atque haec quidem v. 120 antiquiorem facit Amorem: sed Aristophanica Auib. 697 Noctis filium et Erebi praedicat. Verum hanc abyssum non ingredimur. Ceterum hunc locum ex memoria laudauit auctor Etymol. M. obseruante Cl. Ruhnkenio Ep. crit. 2. p. 69 in haec verba, τὸν δὲ καλέουσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο.

17. Βριμὼ esse Hecaten non est dubium: sed eandem esse ex alia mythologia, alia relatione Cererem h. e. terram frugiferam, aeque constat. Apud Clem. Alex. Cohort. p. 13, 21 Potteri, memorantur Δηοῦς μυστήρια, καὶ Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητραν ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ, καὶ Μῆνις — ἧς δὴ χάριν Βριμὼ προσαγορευθῆναι λέγεται. Totam fabulam, cuius certe cortices valde foedi sunt, ex ipso Clementis loco, vt videtur, repetit Arnobius adu. Gentes 5. p. 170. Breuiter, *Iupiter fit ex Deo taurus, — agit incestius res suas, — cognitus euolat: ardescit furiis atque indignationibus mater, — nec fremitum continere irarum volens, ex continua passione* Brimo *deinceps vt appelletur, assumsit* etc. Haec est

rem, (15) aeternae Noctis inclitum parentem, quem Phaneta Luciferum iuniores homines vocant: primus etenim in lucem ipse prodiit. Tum *cecini* Brimus potentis natales, et noxia Gigantum facinora, qui *vulnerati a DIs* triste

18. Γιγάντων vulg. Τιτάνων coni. Pierf. V. N. λυγρὸν fphal. Iunt. ἐνε. fphal. AIC.

est μῆνις θεᾶς, quam cecinit Orpheus, vid. Fr. 18, 7. GESN.

17. Βριμοῦς.] i. e. Hecates. Apollon. Argon. III. v. 859.

Ἑπτὰ μὲν ἀενάοισι λοεσσαμένη ὑδάτεσσιν,
Ἑπτάκι δὲ Βριμὼ κουροτρόφον ἀγκαλέσασα,
Βριμὼ νυκτιπόλον, χθονίην, ἐνέροισιν ἄνασσαν
Λυγαίῃ ἐνὶ νυκτὶ σὺν ὀρφναίοις φαρέεσσι.

Et ibid. verf. 1210.

Βριμὼ κικλήσκων Ἑκάτην.

Lycophron Caffandr. v. 1175.

Περσέως δὲ παρθένος
Βριμὼ τρίμορφος θήσεταί σ' ἐπωπίδα.

Dicitur autem Βριμὼ, διὰ τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικὸν τῆς δαίμονος, καὶ φάσματα ἐπιπέμπειν τὰ καλούμενα ἐκαταῖα. καὶ πολλάκις αὐτὰ μεταβάλλειν τὸ εἶδος, διὰ τὸ ἔμπουσαν καλεῖσθαι. Ἢ παρὰ τὸν Βρόμον, τὸν τοῦ πυρὸς ψόφον. Ἡ γὰρ θεὸς λαμπαδοῦχος etc. vid. Apollon. Schol. ad lib. III. v. 859. Hic tamen potius per Βριμὼ terram intelligendam esse arbitror. Quemadmodum etiam infra verf. 427. fed, fateor, nunquam terram hoc nomine appellatam legisse me memini. ESCHENB.

18. Γιγάντων locum habere non posse, pulchre vidit Pierfonus. Blanda etiam emendatio quam propofuit, Verif. 1, 9 p. 103. Quam facile Γ & Τ confundantur, apparet vel ex dictis ad v. 11. Sed cum Vossiani Codicis lectio fit aeque certe probabilis, quam non ab ingenio correctoris profectam, fuadent tot vitia, quae ob id ipsum non dissimulamus, vt hoc intelligatur; eam praeferendam duxi. De re ipsa dubitari non poteft vel folius auctoritate Callimachi Lau. Pall. 8. Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ' ἀπὸ γηγενέων, Schol. τῶν γιγάντων. Plura dabunt ad Hefych. VV. DD. Conf. infra v. 427. GESN.

18. Fraudi fuit hominibus ignoratio fabulae non abftrufae, quam Ouidii verbis ponemus Met. 1, 157. *Perfusam multo natorum sanguine Terram Immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem: Et ne nulla ferae stirpis monimenta manerent, In faciem vertisse hominum* etc. Sanguinem dixit generalius Nafo, quod hic fcriptor σπέρμα γονῆς. Fabulam fimilem de Coelo, Saturni patre vid. Lap. 18. de Haematite. GESN.

18. Οἳ λυγρὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἐστάξαντο σπέρμα γονῆς τὸ πρόσθεν.] Non capio hic interpretes nugas nobis vendentes. Perdrierius vertit: *qui exitium aduersus coelum struxerunt, semen generationis praecedens.* Primo τὸ λυγρὸν ad σπέρμα refpicere quis non videt? et quis dixit ἀπ' οὐρανοῦ in hac fignificatione? et quid illud femen generationis praecedens? fane fine fenfu verba. Interpres ἔμμετρος nihilo felicior Perdrierio, reddit: *qui in superos aciem struxere nefandam.* Sed quid multis? nihil aliud vult dicere poeta, quam hos

Σπέρμα γονῆς τοπρόσθεν, ὅθεν γένος ἐξεγένοντο
Θνητῶν, οἳ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον αἰὲν ἔασι·
Θητείαν τε Ζηνὸς, ὀρεσσιδρόμου τε λατρείαν
Μητρὸς, ἅτ᾽ ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην
Φερσεφόνην πέρι πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος·
Μήχου καὶ Ἡρακλῆος περίφημον ἄμυξιν·

Ὄρκια

20. ἔασι alii puto omnes. Homericam, puto, rationem recte seruauit Steph. 22. ὄρεσι — μητίατο Ας.

Gigantes ortos esse ex a Saturno recisorum testiculorum patris Coeli sanguine, qua de re Hesiodus prolixe in Theogonia. Ordo verborum hic est: οἱ ἀπ᾽ ἐρανῦ ἐςάξαντο, (quasi guttatim delapsi sunt) σπέρμα λυγρὸν γονῆς τὸ πρόσθεν. editio Basileensis Andreae Cratandri pro ἐςάξαντο, legit ἐνςάξαντο. ESCHENB.

21. Θητείαν Ζηνὸς nondum inueni, nec memini quidquam de illo narrari simile Apollinis illi apud Admetum seruituti, quam tangit noster v.174. Quid si Θητείαν interpretemur, non quam Iupiter praestet alii, sed quae ipsi exhibeatur, ministerium adeo et cultum religiosum? Certe λατρείαν matris Deorum sic intelligendam nemo negarit.

22. Quod in ὄρεσι ν ἐφελκυστικὸν omissum est in MS. illud non simpliciter negligentiae tribuendum esse, docent passim Ernestinae ad Homerum obseruationes. Certe versum satis hic vel caesura fulcit vel sequens liquida. Sed nec omissum σ in μητίατο temere. Fuit, credo, μητίετο, vt μήτιον 1330. GESN.

22. Ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν.] Adi doctissimi Holstenii notas ad Stephanum, voce κυβέλεια, vnde et doctior et ditior redibis. ESCH. Sed nihil ad h. l. GESN.

23. Leue est, sed ad intelligentiam et lucem loci facit, quod πέρι retracto accentu scribi iussi, vt intelligatur esse praepositionem casui suo postpositam; πατρὸς autem esse genitiuum, qui ad κούρην refertur.

24. De priori hemistichio haereo. Nec Μήχου quo pertinere possit, aut quid significare queat, video: nec quid Μήλωνος epitheton, a Polluce 1, 31 praesertim declaratum, hic sibi velit, assequor. Sed Herculis περίφημον ἄμυξιν non dubito referri ad illam lacerationem a Deianirae munere, peplo sanguine Nessi centauri infecto, ortam, furoris et mortis adeo illius caussam, descriptam breuiter Apollodoro 2 p. 136, argumentum Trachiniarum Sophoclis, et Herculis Oetei, quae Senecae adscribitur. Personatus Pandulfus Collenutius, Eschenbachii contra Io. Clericum patronus, de quo in praefatione aliquid dico, p. 44 omnes labores atque aerumnas eo nomine comprehendi, sat fidenter pronunciat, certe non improbabiliter. GESN.

24. Μήχου καὶ Ἡρακλῆος.] Exemplar Basileense legit hic μήχου τε καὶ ἡρακλῆος. R. Perdrierius vertit *Meius*, ligatus interpres, *Maelus*. Nihil horum. Locus corruptus est. Lege igitur, sis,

Μήλωνός τ᾽ Ἡρακλῆος περίφημον ἄμυξιν.

Hesy-

ſte ſemen antiquum generationis (*genitale*) de caelo ſtillarunt, vnde genus mortalium exortum eſt, qui ſemper per immenſum terrarum orbem viuunt. (20) Seruitutemque Iouis, montiuagaeque cultum Matris, quae in Cybelis montibus ſolicita cogitauit de puella Proſerpina patris inexpugnabilis Saturnii, Meliique Herculis famoſam laceratio-

23. περὶ omnes. 24. Μήλȣ Aſ. et Chiv. εὖ Μήλȣ et in marg. Μήχȣ Voſſ. Μήχȣ τε καὶ P. AIC. ἱραι. C.

Heſychius: Μήλων, Ἡρακλῆς, ὀνομασθῆναί φασὶ τὸν θεὸν ȣ̃τως διὰ τὸ μὴ ἱερεῖα θύειν αὐτῷ τȣ̀ς μελιτεῖς ἀλλὰ τὸν καρπὸν τὰ μῆλα. Confer Suidam voce Μήλιος Ἡρακλῆς, et Pollucem. Quamquam forte etiam legi poſſet

Μηλάȣ τ' Ἡρακλῆος περίφημον ἄμυξιν.

Sumto nomine a Malino caudice, apud quem Hercules Draconem Heſperidum hortos cuſtodientem interemit. Occaſionem huius coniecturae ſuppeditauit nobis Apollonius IV. Argon. v. 1400. vbi haec legimus:

Δή τότε γ' ἤδη κεῖνος, (nempe *χθόνιος ὄφις*) *ὑφ' Ἡρακλῆι δαϊχθεὶς,*
Μήλειον βέβλητο ποτὶ ςύπος etc.

Per ἄμυξιν autem hanc nihil aliud intelligo, quam auxilium quod tulit Hercules Ioui, cum Titanes coelum vi aggreſſi eſſent. Cum enim in Phlegra Dii cum Titanibus ancipiti praelio diu decertaſſent, aiunt terram Ioui dixiſſe, non aliter deos Titanibus ſuperiores futuros, niſi duos ſemideos ſibi belli ſocios et adiutores adiungerent. Ita Bacchus et Hercules accerſiti ſunt: quorum opera et virtute dii immortales victoria ſunt potiti. Sed et alias in fabulis ſaepe Bacchus et Hercules coniunguntur. Communicauit mecum Traiecti ad Rhenum nummum antiquum aereum Vir Clariſſimus, Engelberth van Engelen, ſi quisquam alius, reconditae antiquitatis et imprimis nummariae rei ſcrutator diligentiſſimus, in cuius nummi altera facie Bacchus hedera coronatus conſpicitur, altera Hercules cum claua et leonina pelle, cum inſcriptione: ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΣΩΤΗΡΟΣ ΘΑΣΙΩΝ. Eundem nummum, ſed argenteum et optime conſeruatum liberaliſſima manu communicauit etiam mecum VIR quidam non minus ſumma ac recondita eruditione, quam generis ſplendore ac dignitate ILLVSTRIS, cui pro ſummo, quo me ſemper fouit hodieque fouet patrocinio, publicas quidem grates debeo, ſed quod eas nondum perſoluerim, pudor et reuerentia in cauſa fuit, ne infacundia mea illius gloriae officerem potius, quam dignis illam praeconiis celebrarem. Huius nummi figuram ex optimo illo exemplo deſcriptam hic exhibemus.

Cuius

Ὄργιά τ' Ἰδαίων, Κορυβάντων τ' ἄπλετον ἰσχὺν·
Δήμητρός τε πλάνην, καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος
Θεσμοφόρος θ' ὡς ἦν· ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων·
Χρησμοὺς τ' ἀῤῥήτους νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος·
Λῆμνόν τε ζαθέην ἠδ' εἰναλίην Σαμοθρᾴκην,

Αἰπε

27. Θεσμοφόρου δ' ὁσίην coni. Pierf. p. 104.





Cuius nummi explicationem, licet huc non multum faciat, tamen subiungere placet. Herculem inter maiores suos referebant Θάσιοι, decem generationibus distantem Thaso, conditore eorum. Quod patet ex Stephani Byzantini loco, a clariss. Holstenio emendato, voce Θάσσος, seu melius Θάσος. Δέκα δὲ, inquit, Γενεαῖς Ἡρακλέους ἦν Θάσος παλαιότερος, εἴπερ ἀπὸ Ἀγήνορος, Προῖτος ἦν, Ἀγήνορος δὲ, Βῆλος ἀδελφὸς ἦν, Βήλου δ' Αἴγυπτος, τοῦ Λυγκεὺς, τοῦ Ἄβας, τοῦ Δανάη, ἧς Περσεὺς, τοῦ Ἀλκαῖος, τοῦ Ἀμφιτρύων, τοῦ Ἡρακλῆς. i. e. *Decem vero generationibus Hercule erat Thasus antiquior, siquidem ab Agenore Proetus erat, Agenoris vero Belus frater, Beli vero filius Aegyptus, cuius Lynceus; cuius Abas; cuius Danaë; cuius Perseus; cuius Alcaeus; cuius Amphitryon; cuius Hercules.* Vnde non mirum, si Thasii Herculem, vnum ex maioribus suis, et hunc praecipuum, et hunc deum, maxime coluerint tanquam tutelarem deum; quamobrem etiam templum ipsi exstruxerunt magnificum, cuius mentio apud Eustathium. Qui tamen ex Arriano refert, templum istud Herculis apud Thasios conditum fuisse a Phoenicibus, qui Cadmo duce, quos inter et Thasus fuit, ad Europam quaerendam fuerant missi: quod tamen, si Stephano credimus, falsum erit. cum enim Thasus inter Phoenices istos fuerit, quos hoc templum exstruxisse refert Arrianus, qui potuit nondum nato Herculi, tot saeculis antiquior, templum consecrare? Ideo clariss. Holstenius arbitratur, non aliam ob causam Stephanum hoc loco decem hasce generationes, quibus Hercules a Thaso distabat, enumerasse, quam vt Arrianum falsi accusaret. Ad Bacchi vero effigiem quod attinet, cui non innotuit vinum Thasium? cui hederam hic suspendere nolo. ESCH.

25. Ὀρ

tionem, et sacra inrata Idaeorum, Corybantumque immensum robur, (25) Cererisque errorem, et de Proserpina magnum luctum: vtque Legifera fuerit; atque splendida Cabirorum dona, oraculaque silenda Noctis de Baccho rege, Lemnonque diuinam, atque marinam Samothracen, altam-

25. Ὄρκια τ' Ἰδαίων.] Ambo interpretes hic legisse videntur ὄργια, quod non improbo. Alter Orpheus in ὕμνῳ Κουρήτων:

Μητρὸς ὀρεομανεῖς συνοπάονες, ὀργιοφάνται.

ESCHENB.

25. Ὄρκια et ὅρκοι adeo magnam cognationem habent cum ὀργίοις et τελεταῖς, vid. hic v. 465 ὅρκια φρικτά, et Fr. 5: quo minus illa hic damnare, vel in suspicionem adeo adducere meum est. Sed nec argumentum ipsum, et, res quae hic indicantur, explicari aliquis vltra postulet, quam ad versus ipsos intelligendos opus est. Ita de Idaeis hoc solum obseruamus, quod est apud Diod. Sic. 5, 64 ex Ephoro et aliis, ὑπάρξαντας γόητας ἐπιτηδεῦσαι τάς τε ἐπῳδὰς καὶ τελετὰς, καὶ μυστήρια — καὶ τὸν Ὀρφέα, φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον πρὸς ποίησιν καὶ μελῳδίαν, μαθητὴν γενέσθαι τούτων, καὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν τελετάς τε καὶ μυστήρια. GESN.

26. Luctus non Proserpinae ipsius, sed ob eam raptam a Cerere susceptus.

27. Ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων.] Hos et sequentes versus optime explicauit Strabo lib. X. et Apollonii Schol. ad lib. I. vers. 916. 917.

ESCHENB.

27. Sanus mihi videtur hic versus. Cecinerat Orpheus, quomodo Ceres fuerit in illo ipso errore suo legifera, cum sine eo frugifera esse non posset. Hanc duorum munerum Cereris coniunctionem esse inter argumenta Eleusiniorum sacrorum, satis constat. GESN.

28. Νυκτός.] Fortassis scripserit auctor Νυσίου περὶ Βάκχου ἄνακτος, adhibita συνεκφωνήσει in voce Νυσίου, figura alias quoque poetae nostro valde familiari. Νύσιος vero ἄναξ Bacchus etiam dicitur ab Oppiano lib. IV. Cyneg. v. 306. vnde etiam apud Suidam νυσήϊον ὄρος ἐστὶ Διονύσου. νυσίαι ὀρχήσεις, αἱ διονυσιακαί. Sed nihil definio. Tu, lector, iudica. ESCH.

28. Nihil mutandum. Νὺξ, eadem Μαῖα, Iouis consiliaria, de qua Fr. 10, consilium et oracula videtur dedisse etiam in Bacchi a Titanibus lacerati restitutione, quod argumentum ab Orpheo tractatum, indicat Clemens Alex. et Arnobius laudati ad Fr. 17. Illos porro χρησμοὺς ἀῤῥήτους vocat, quod essent pars mysteriorumBacchicorum. Denique ne miremur, χρησμοὺς Nocti tribui, cogitemus, quid scripserit antiquus auctor argumenti Pythiorum Pindari, medio: vbi de Apolline, εἶτα, inquit, ἔρχεται ἐπὶ τὸ μαντεῖον, ἐν ᾧ πρώτη Νὺξ ἐχρησμῴδησεν, εἶτα Θέμις. Πυθῶνος δὲ τότε κυριεύσαντος τοῦ προφητικοῦ τρίποδος, ἐν ᾧ πρῶτος ὁ Διόνυσος ἐθεμίστευσε κ. τ. λ. GESN.

29. In Lemno appulisse Argonautas, et a mulieribus ibi detentos, narratur hic 469. sq. Sed eadem forte occasione hic instituit Orpheus

Αἰπεινήν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην,
Ὄργια πραξιδίκης, καὶ ἀρείνης νυκτὸς Ἀθήνης,
Θρήνους τ' Αἰγυπτίων, καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα.
Ἀμφὶ δὲ μαντείης ἐδάης πολυπείρονας οἴμους
Θηρῶν οἰωνῶν τε, καὶ ἣ σπλάγχνων θέσις ἐστίν·
Ἠ

31. μητρὸς Voss. quid si νύκτας? F. ἀραίης V. N.

pheus sacra Cabirorum, qui Vulcani filii dicebantur, antiqui Lemniorum dei. De his itaque, etiam in quantum ad Lemnum pertinent, copiose Gutberlethus de mysteriis deor. Cabir. c. 12. Nobis sufficiet hic Hesychii locus, Κάβειροι — πάνυ τιμῶνται ἐν Λήμνῳ ὡς θεοί, λέγονται δὲ εἶναι Ἡφαίστου παῖδες· Et Athenagorae Legat. c. 5. Διαγόρᾳ εἰκότως ἀθεότητα ἐνεκάλουν Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰ τῶν Καβείρων δημεύοντι μυστήρια. Cic. de N. D. 1, 42 ex veteri poeta, *Omitto Eleusinam — Samothraciam, eaque, quae Lemni Nocturno aditu occulta coluntur* etc. De Samothrace peruulgata omnia, et diligenter insuper collecta a laudato Gutberletho. Hic satis est inspexisse hoc ipsum poema v. 464 sq. et H. 37, 4.

30. Cyprum plenam religionibus, Veneris praesertim fuisse constat. *Festa piae Cereris celebrabant annua matres* etc. Ouid. Met. 10, 431. Vid. Steph. Byz. V. Ἀμαθοῦς. De Cinyra auctore colendae Veneris passim nostri apologetae, v. g. Clem. Cohort. p. 12, 24 Pott. Quod autem Cypriorum Aegyptiorumque sacra etiam hic commemorantur, illud cum eo congruit, quod passim historici narrant, illum, quae ab Aegyptiis aliisque didicerat, ad Graecos transtulisse.

vid. v. g. Diod. Sic. 1, 23. et 96. e hic v. 43. GESN.

30. Αἰπεινήν τε Κύπρον etc.] Al ter Orpheus ὕμνῳ εἰς Ἀφροδίτην.

Εἴτ' ἐν Κύπρῳ ἄνασσα τροφῷ σῃ
ἔνθα καλαί σε
Παρθένοι ἀμῆται νύμφαι τ' ἀν
πάντ' ἐνιαυτὸν
Ὑμνοῦσί σε μάκαιρα καὶ ἄμβρ
τον ἁγνὸν Ἄδωνιν.

Vid. Lucianum de Dea Syria. ESCH.

31. Ὄργια πραξιδίκης.] Suidas πραξιδίκη, θεὸς ἧς κεφαλὴν μόνη ἱδρύοντο. Hesychius: Πραξιδίκη δαίμονά τινά φασι, τὴν ὥσπερ τέ λος ἐπιτεθεῖσαν τοῖς τε λεγομένοι καὶ πραττομένοις. Conf. Pausaniam in Boeoticis et Laconicis, Scaligerum ad Festum, et imprimis Meursium in libro de Regibus Atticis, vbi copiose de hac Dea agit et ostendit, Alalcomeniam Ogygi filiam, Mineruae nutricem potissimum intelligendam esse. ESCH.

Καὶ ἀρείνης νυκτὸς ἀθήνης.] Quid sit ἀρείνη ἀθήνη, non capio, licet omnes editiones hanc lectionem fideliter seruent. ἀρείης melius legi nemo dubitabit, qui Pausaniam euoluerit in Atticis, vbi de ἀρεί Minerua eiusque templo agit. Quae vero est illa nox Mineruae Ariae de qua hic auctor? Valde mihi verosimile videtur, respicere auctorem ad Sacra Eleusinia passim auctoribus celebrata, et de quibus Iustinus lib. II. cap. VI. his verbis *Per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit*

su

tamque Cypron, et deditam Adoni Venerem, (30) Areaeque Mineruae noctes, luctusque Aegyptiorum, et sacras Osiridis inferias: ac de diuinandi arte multiplices didicisti vias *ex motibus* ferarum auiumque, et qui extorum situs sit: Et quaecunque diuinant somniorum interpretandorum

33. ἰδάην — ὅρμας omnes.

sub quo frumenti satio apud Eleusin a Triptolemo reperta est, in cuius muneris honorem Noctes *initiorum sacrae.* Neque vero me mouet quod in Cereris honorem celebrata fuerint haec mysteria, ipsa enim Ceres seu Isis apud Apuleium omne dubium eximit, dum de se ipsa sic loquitur: *Me primigenii Phryges Pessinuntiam nominant* DEVM MATREM, *hinc Autochthones Attici Cecropiam* MINERVAM, *Eleusinii vetustam deam* CEREREM etc. Neque etiam quemquam mouere debet, quod ἀρέην hic ἀθήνην dicat potius quam Ἐλευσινίην, non magis quam verba Cereris Eleusiniae apud Apuleium, quibus se Mineruam Cecropiam, i.e. Atticam, dici ait. Nihil igitur hic aliud intelligo per ὄργια νυκτὸς ἀρέης ἀθήνης, quam ὄργια νύχια Atticae seu Cecropiae Mineruae seu Cereris Eleusiniae; quae nihil aliud sunt, quam Mysteria Cereris, et, vt Iustinus ea vocat, Eleusinia sacra. De noctibus vero, quibus celebrata fuerint haec sacra, vide ea, quae ex Scaligero annotauit ad Iustini lib. II. cap. VIII. ὁ πάνυ Graeuius. Denique de iisdem sacris Eleusiniis intelligo ego Crassum ap. Ciceronem lib. III. de Orat. vbi, *Athenis,* inquit, *diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria non referrent, succensuissem.* ESCH.

32. Θρήνους τ' Αἰγυπτίων.] De his vide Lucian. de Dea Syria, pag. editionis nouae 658, itemque Iulium Firmicum libro de errore profanae religionis. Quid sint χύτλα, exponit Hesychius. Et magis accommodate ad hunc locum Apollon. Schol. l. I. v. 1075. ESCH. vid. Ind.

33. Πολυπείρονας ὅρμας.] per ὅρμας hic *vocem* aut aliud quid simile intelligi credo, sed, fateor, in tali significatione hoc vocabulum me legisse non memini. ESCH.

33. In hoc versu ausus sum primo ἰδάην, quod adhuc editum est, auctoritate Vossiani codicis mutare in ἰδ.ης· cum proprie non enarret hic Orpheus, quid ipse didicerit, sed quid se docente cognouerit Musaeus. Sic Fr. 37, 1 Πάντ' ἰδάης, Μουσαῖε, et hic v. 46 δεδάηκας. Deinde pro ὅρμας, quod merito viris doctis displicuit, ex eodem codice οἴμας reposui, quod Synonymum est ἀταρποῖς v. 35. Hoc tanto fidentius admisi, quod vidi illud tanquam coniecturam in mentem venisse felicis ingenii viro Ruhnkenio epist. crit. 1 p. 19. qui etiam οἶμον illustrat ex Pottero ad Lycophr. 10. et totum h. l. ex Aeschyli Prom. 483. sq. et Spanh. ad Callim. in Lauacr. Pall. 123. Nempe Prometheus fatidicae omnis superstitionis auctor perhibebatur primus: cuius forte se inuenta publicare gloriabatur Orpheus. Video etiam placuisse vtramque emendationem Cl. Bernardo ad Demetr. Pepagom. p. [illegible] GESN.

35. Οἰω-

Ἠδ᾽ ὅσα θεσπίζουσιν ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς
Ψυχαὶ ἐφημερίων, ὕπνῳ βεβολημέναι ἦτορ·
Σημείων τεράτων τε λύσεις, ἄστρων τε πορείας·
Ἁγνοπόλον τε καθαρμὸν, ἐπιχθονίοις μέγ᾽ ὄνειαρ·
Ἱλασμούς τε θεῶν, φθιμένων τ᾽ ἐπινήχυτα δῶρα.
Ἄλλα δέ σοι κατέλεξ᾽, ἅπερ εἴσιδον ἠδ᾽ ἐνόησα,
Ταίναρον ἡνίκ᾽ ἔβην σκοτίην ὁδὸν, ἄϊδος εἴσω,
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, δι᾽ ἔρωτ᾽ ἀλόχοιο·
Ἠδ᾽ ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόγον ἐξελόχευσα,
Μέμφιν ἐς ἠγαθέην πελάσας, ἱερὰς τε πόληας

Ἀπι-

35. ἀτυποῖς Af. 41. Quid si Ταινάρῳ?

35. Ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς.] Quid sit ὀνειροπολεῖν, ostendit Scholiast. Aristoph. ad Nephel. Act. 1. Sc. 1. vbi differentiam ostendit inter ὀνειροπολεῖν et ὀνειρώττειν. Eustathius: ὀνειροπόλος, ὁ περὶ τοὺς ὀνείρους πολούμενος, καὶ ἢ ἐξ ὧν αὐτὸς βλέπει, ἢ ἐξ ὧν ἄλλοι, κρίνων. vnde, ni fallor, noster ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς dixit, ad iudicii illius certitudinem indicandam. ESCH.

36. Ψυχαὶ ἐφημερίων.] Ἐφημέριοι appellantur alias homines per contemtum, ἐφήμερον enim est animal quoddam vnum solum diem viuens, teste Hesychio. Euripid. Orest. πανδάκρυτ᾽ ἐφαμέρων ἔθνη. Aeschyl. Προμ.

Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα
Συλῶν, ἐφημέροισι προστίθει·

Hippocrates lib. περὶ ἀρχῶν ait hominis vitam esse ἑπταήμερον, vt qui non diutius viuat alimento carens. ESCH.

36. Hoc nomine ἐφημέρους vel ἐφήμερος (vtrumque enim rectum) compellari homines fingunt poetae ab immortalibus, vt ab Aeschyli Prometheo, a Sileno Pindari, quem cum oris similitudine referret Socrates, Aristophan[illegible]nducit illum hac appellatione vtentem Nub. 221 auctore antiquo Scholiaste. GESN.

37. Σημείων τεράτων τε.] Σημεῖα proprie sunt ἃ παρὰ τόπον, ἢ παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ πολὺ γίνεται· τέρας vero, τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον παράπλασμα, τὸ παρὰ φύσιν τεχθέν. vnde non accurate Bisetus ad Θεσμοφοριαζούσας Aristophanis τὸ τέρας per τὸ σημεῖον explicat. Etymologicon ineditum Bibliothecae Vltraiectinae: Σημεῖον τέρατος διαφέρει: Σημεῖον ἐστὶ τὸ ἐπὶ γῆς γινόμενον, τέρας τὸ ἐν τῷ ἀέρι. Sed melius in voce Τέρας. Τέρας, inquit, θαῦμα παρὰ φύσιν, παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω, ὁ μέλλων, ἐρῶ, ἔρας καὶ τέρας. οἱ γὰρ μάντεις διὰ σημείων καὶ τεράτων τὰ μέλλοντα ἔλεγον· διαφέρει τέρας σημείῳ, τέρας λέγεται τὸ παρὰ φύσιν γινόμε[νον] πρᾶγμα, σημεῖον δὲ τὸ κατ[ὰ] τὴν κοινὴν συνήθειαν γενόμενον τέρ[ας]. Similia habes apud Eustathium a[d] Iliad. β. vbi res exemplis decl[a]ratur. ESCHENB.

37. Ad hoc genus σημείων et τ[ε]ράτων forte referendi fuerint ve[r]sus LXVI. περὶ σεισμῶν, qui An[]thologiae Graecorum epigramm[a]tum subiiciuntur. Astronomiae O[]

phic

ım viis Animae hominum somno pectus percussae: porro signorum ostentorumque interpretationes; strorumque meatus; et castam expiationem, magnam mortalibus felicitatem; pacisque deorum impetrandae rationes, mortuorumque larga donaria: aliaque tibi enarraui, quae visu et cogitatione percepi Taenari uum tenebricosam viam ingressus sum intro ad inferos, nostra fretus cithara, per amorem coniugis: deine quantum examen sacrum Aegyptiorum produxerim Memphin ad diuinam delatus, sacrasque vrbes Apidis, quas

43. ἐξελόχευσα Voss. 44. περάσας Voss.

hicae specimen habemus Fr. 9 Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν κ. τ. λ. GESN.

38. Καθαρμῶν exempla, ipsum hoc carmen Argonauticum suppeditat. Vid. 552. 1231.

39. Ἐπινήχυτα δῶρα.] Frequentia. vt infra v. 310.

— ἐν δ' ἄρ' ὕπερθε
Πέλλῃ παρκατέθηκα θεοῖς ἐπινήχυτα δῶρα.

Νήχυτος, vt vult Apoll. Schol. ad lib. III. v. 530. est πολύχυτος. ESCHENB.

39. Ἱλασμοὶ sunt bona pars hymnorum: dona mortuorum, inferiae, quales hic 543 sq. GESN.

41. Ταίναρον ἠνίκ' ἔβην.] De Taenaro vid. Stephan. de vrbibus, itemque Suidam. Ea vero quae auctor hic dicit, confirmat locus Virgilii Georg. IV. v. 467.

Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesque adiit, regemque tremendum,
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

Confer Senec. in Hercul. Fur. ESCHENB.

42. Ἠερίην πίσυνος κιθάρῃ.] Ita Aeschyl. Pers.

Πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσμασι, λαοπόροις τε μηχαναῖς. ESCH.

43. Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα.] Respicit ad sacra et sacerdotia, quae in Aegypto se introduxisse et hic et inferius refert vers. 100. Quamuis Orpheum sacra et sacerdotia in Aegypto instituisse nemo veterum dixerit, sed potius sacra Aegyptiorum didicisse et in Graeciam deportasse. vid. Diodor. Sicul. lib. I. Marsham. in canone Chronolog. Scholiast. Aristoph. ad Acharn. λόχος, ἔνιοι μὲν τὸ ἐξ ἀνδρῶν ὀκτὼ σύστημα, οἱ δὲ τὸ ἐξ ἀνδρῶν δώδεκα, οἱ δὲ τὸ ἀπὸ ἑκκαίδεκα ἀνδρῶν πλῆθος, ὃ καὶ τέλειόν φασι καὶ σύμμετρον. Elegans hic vsus verbi λοχεύω. Illorum enim sacerdotum, aut illius ἱεροῦ λόχου quasi parentem se dicit. ESCHENB.

44. Non dubito, rectum esse περάσας, et dictioni huius poematis conuenientius, vt v. 650 Νηὸς ἔσω περάαν ingredi nauem, et L. 15, 72. Ἢ περάᾳ ἅλα δῖαν, ingreditur. Sed peccare malui in partem cautiorem.

Ἄπιδος, ἃς πέρι Νεῖλος ἀγάῤῥοος ἐστεφάνωται·
Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀπ' ἐμῶν στέρνων δεδάηκας
Νῦν δ' ἐπεὶ ἀερόφοιτος ἀπέπτατο δήιος οἶστρος
Ἡμέτερον δέμας ἐκπρολιπὼν, εἰς οὐρανὸν εὐρὺν,
Πεύσῃ ἀφ' ἡμετέρης ἐνοπῆς, ἃ πρὶν ἔκευθον.
Ὥς ποτε Πιερίην Λειβήθρων τ' ἄκρα κάρηνα
[Ἡρώων * τε καὶ ἡμιθέων πρόμος ἐξεπέρησε]
Λισσόμενός μ' ἐπίκουρον ἑοῦ νόστοιο γενέσθαι,
Ποντοπόρῳ σὺν νηῒ πρὸς ἄξενα φῦλ' ἀνθρώπων,
Ἔθνος ἐς ἀφνειὸν καὶ ἀτάσθαλον, ᾧ ἐνὶ κραῖνεν
Αἰήτης, υἱὸς Φαεσιμβρότου ἠελίοιο.
Θέσφατα γὰρ Πελίας δειδίσσετο, μή οἱ ὄπισθ
Χειρ

49. Forte πρόν σε ἐκ.

45. Non puto, aliud hic quaerendum esse, quam quod vnicuique in mentem statim venit, vrbes Apidis s. Osiridis cultum professas, verbo Aegyptias.

47. Νῦν δ' ἐπεί.] Quod apud hunc poetam de ἐκστάσει, seu ἐνθουσιασμῷ poetico dicitur, idem tribuit Apollonius menti multis magnisque affectibus distentae, nam Lib. III. v. 1150. Medeae Ψυχὴ γὰρ νεφέεσσι μεταχθονίη πεπότητο. Nostri huic affine est illud poetae:

Iam furor humanos nostro de pectore sensus
Expulit, et totum spirant praecordia Phoebum.

ESCHENB.

47. Δήϊον οἶστρον intelligebam aliquando de enthusiasmo s. furore poetico propheticoque, quo agitatum se dicat Orpheus cetera, quae adhuc enarrata sunt, protulisse adque effudisse: nunc sedatiore animo velle narrare expeditionem Argonautarum. Nec deerat auctoritas nominis ita adhibiti Stat. Theb. 1, 32. quin ipsius nostri poetae κέντρον Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος v. 11. Sed in alia omnia me induxit tu vsus vocis apud nostrum, tum lud, quod δήϊον vocat, inimicu hostilem; praesertim vero, qu v. 101 dicit, se a matre seruatu ex ἀλητείης καὶ ἐξ οἴστρου, ex vit superioris oberrationibus exili que, in quae tanquam ab oest quodam incitatus et actus fuer nunc amare quietem. Nempe ha ipsa oestri s. asili vis est, vt vel stimulis quibusdam agat anim neque patiatur quiescere: qua Virgilius Ge. 3, 152 furiosos ill lûs errores ab hoc insecto deriu *Hoc quondam monstro horribiles ercuit iras Inachiae Iuno pesti meditata iuuencae.* Graecam pl lologiam hic copiose dederunt V lens Germanus Guellius et La C da. Nihil accommodatius, qua oestro comparare illud studium tot incommoda et pericula per gandi orbem terrarum, quale fui in priscis illis et primis sapienti heroibus, constat. GESN.

50. Ὥς ποτε.] Inter hunc v sum et sequentem vnus desider videtur. H. STEPH.

50.

quas multi fluminis Nilus cingit. Haec verissime meo de pectore didicisti omnia. Iam vero quando per aëra flagrans ille instinctus, relicto hoc corpore, in amplum caelum euolauit, audies a nostra voce, quae prius occultabam, vt quondam in Pieriam, et altos Libethrorum vertices *Semideorum venerit et Heroum primus Iason*, rogans me, vt auxiliator suae expeditionis vellem fieri pontigrada cum naui ad inhospitales hominum nationes, ad gentem diuitem et nocentem, in qua Aeetes imperaret Solis lucem ministrantis mortalibus filius. Oracula metuebat enim Pelias, ne quando ipsi Aeso-

* Versum inclusum solus habet Voss. 55. ὅπωσθεν PAI.

50. Ὥς ποτε πιερίην.] Apollonii Schol. ad lib. I. v. 31. Πιερία ὄρος Θρᾴκης, ἐν ᾧ διέτριβεν ὀρφεύς. Quae bene conueniunt cum Epitomatore Strabonis, licet hic paulo distinctius locum istum, in quo versatus olim Orpheus fuerit, nominet in Epitom. lib. VII. Ἔχει δ' ἡ πόλις, inquit, τὸ δῖον, κώμην πλησίον, πίμπλειαν, ἔνθα ὀρφεὺς διέτριβεν. Et paulo post: μετὰ τὸ δῖον, πόλιν, ὁ ἁλιάκμων ποταμός ἐστι, ἐκβάλλων εἰς τὸν θερμαῖον κόλπον, καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ἡ πρὸς βοῤῥᾶν τοῦ κόλπου παραλία, πιερία καλεῖται· Vid. Apollonium ipsum lib. I. v. 25. ESCH.

Λαβήθρων τ' ἄκρα κάρηνα.] Hos montes Thraciae coniungit Strabo lib. IX. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ (de Helicone loquitur) τό τε τῶν μουσῶν ἱερὸν, καὶ ἡ ἵππου κρήνη, καὶ τὸ τῶν λειβηθρίδων νυμφῶν ἄντρον· ἐξ οὗ τεκμαίροιτ' ἄν τις, Θρᾷκας εἶναι τοὺς τὸν ἑλικῶνα ταῖς μούσαις καθιερώσαντας· οἳ καὶ τὴν πιερίαν, καὶ τὸ λείβηθρον, καὶ τὴν πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέδειξαν. Ceterum, post hunc versum vnum desiderari, et suadet sensus, et Renatus Perdrierius interpres huius poetae; egoque nullus dubito, quin ita sonuerit desideratus versus:

Ἡμιθέων ἦκε, καὶ ἡρώων πρῶτος ἰήσων.

Hocque colligo ex ipsa Perdrierii versione, vtpote quae in omnibus tam pueriliter adhaeret vocabulis graecis, vt nec significationis, nec constructionis latinae habita ratione, verba graeca plane vt ante oculos iacent, ex triuialibus lexicis interpretetur. Is igitur post quinquagesimum versum hunc habet: *Semideorum venit et Heroum primus Iason.* ex quo nos Graecum hunc desumsimus. ESCH.

50. Etiam Cribellus hic inserit versum, *Semideûm, pariterque Heroum primus Iason*, qui videtur in suo codice habuisse, quem ex Vossiano hic restituimus, nondum tamen plane aequo et indiscreto iure, cum de aetate illius tanquam assertoris nondum nobis constet. GESN.

52. Ἄξεινα φῦλα alludit ad pontum ἄξεινον (v. mox v. 84) quem εὔξει-

Χειρὸς ὑπ' Αἰσονίδα καθέλῃ βασιλήϊον ἀρχήν.
Καί οἱ ὑπὸ πραπίδεσσι δόλῳ τρίβον ἠπερόπευε·
Τάσσε γὰρ ἐκ Κόλχων χρύσειον κῶας ἐνεῖκαι
Θεσσαλίην εὔπωλον. ὁ δ' ὡς κλύεν ἔννομον αὐδὴν,
Χεῖρας ἐπαντείνας ἐπεκέκλετο πότνιαν Ἥρην·
Τήνδε γὰρ ἐκ μακάρων περιώσια κυδαίνεσκεν.
Ἡ δὲ παρ' εὐχωλῇσιν ἐφέσπετο κηδομένη περ·
Ἔξοχα γὰρ μερόπων ἠγάζετο καὶ φιλέεσκεν
Δεινοβίην ἥρωα περικλυτὸν Αἴσονος υἷα,
Καί ῥα καλεσσαμένη ἐπετέλλετο Τριτογενείῃ.
Καί οἱ Φηγινέην πρῶτον τεκτήνατο νῆα,
Ἣ καὶ ὑπ' εἰλατίνοις ἐρετμοῖς ἁλιμυρέα βένθη
Πρώτη ὑπεξεπέρησε, τρίβους δ' ἤνυσσε θαλάσσης.
Ἀλλ' ὅτε δὴ συνάγειρεν ἀγακλειτοὺς βασιλῆας,
Θρήκην εἰς εὔπωλον ἐπείγετο δῖος Ἰήσων,
Καί μ' ἔκιχεν κιθάρην πολυδαίδαλον ἐντύνοντα,
Ὄφρα κέ τοι μέλπων προχέω μελίγηρυν ἀοιδὴν,
Κηλήσω δέ τε θῆρας ἰδ' ἑρπετὰ καὶ πετεηνά.

Ἡνίκ

56. ἐπ' omnes. 57. ὑπερό. Voff. 62. ἐφέσπ. καὶ φιλέεσκε Voff. marg. 67. ὑπὸ Voff. 68. τρίβον Voff. ἤνυσε Afk. PAIC.

εὔξεινον, εὔξεινον, Euxinum, fecerunt Argonautae et aliae Graecorum coloniae.

56. Aufus etiam hic fum Vofliani codicis et Chiueani auctoritate ἐπ' in ὑπ' mutare. Solet ἡ ὑπὸ apud noftrum inftrumentum defignare, vel cum Genitiuo vt Lap. II, 5 μαχανίης ὑπὸ τέχνης, vel cum Datiuo, vt mox v. 67 ὑπ' ἐρετμοῖς. Αἰσονίδα Nominatiuo cafu nihil habet infolitum. Fabula de oraculo, vt Pelias fibi caueret a μονοπεδίλῳ, late enarratur ab Apollonio 1, 5 fqq.

57. Δόλῳ τρίβον.] Hebraifmi fpeciem habere videatur, fed tamen alii quoque ita locuti funt: Oppianus II. Halieutic. v. 117.

— τότ' ἔπειτα δόλῳ πετάσασα θύρετρα

Vbi δόλῳ pro δολερὰ, et alibi ε κεν ὀλέθρῳ, pro ὀλέθριον. Ita l δόλῳ τρίβον, pro δολερόν. ESC

62. Εὐχωλῇσιν ἐφέσπετο.] Que admodum Iliad. β. ἕσπεσθαι θά τον eft fponte et minime relucta do mortem fequi, ita hic ἐφέσ θαι aut παρεφέσπεσθαι εὐχωλ eft promte et cum gaudio pre exaudire, quod interpres ἔμ τρος per: *Illa fauens iuftis pr bus*, longe melius interpretatus quam alter ille, qui fatis puerili per *orationes fequi*. ESCH

63. Ἠγάζετο.] Ambo interp tes legiffe videntur ἠγάπετο· τὸ ἠγάζετο non fine ratione pr ferimus. ESCH.

68. Πρώτη ὑπεξεπέρησε.] Sc liaftes Apollonii: ταύτην δὲ Φ

Aesonis filii manu regium imperium eriperet, et *ideo* ipsi intra pectus doli *atque interitus* viam fraudulenter machinatus est. Iniunxit enim, vt e Colchis aureum vellus adferret in equestrem Thessaliam. At ille vbi iniustam vocem audiit, sublatis manibus venerandam Iunonem inuocauit, (60) quam Diis ex omnibus colebat sanctissime. Haec vero illius precibus, ac solicita quidem obsecuta est: maxime enim admirabatur atque amabat metuendum viribus heroa, inclutum Aesonis filium, atque ob eam rem vocatae ad se Tritogeniae (65) iniunxit, vt primam illi fagineam nauim fabricaretur, quae etiam abiegnis remis salsa profunda prima traiecit, marisque peregit vias. Cum vero coëgisset reges inclitos, equestrem in Threcen perrexit nobilis Iason, (70) meque inuenit occupatum intendendae artificiosae citharae, qua canens dulce carmen funderem, demulceremque feras, et serpentia volucria. Cum autem in iniucundum

69. ἀγκυλύ. Voss. 70. ἐπήγ. Voss. 71. ἐκίχανε Af. PAIC. καί με ἐκίχανεν Voss. 72. κέ ἴσι Voss. 73. κηλώσω Voss. ἠδ' omnes.

πρώτην ναῦν γενέσθαι μακράν· ἄλλοι ἐλέγχουσι, Δαναὸν διωκόμενον ὑπὸ Αἰγύπτου, πρῶτον κατασκευάσαι, ὅθεν καὶ Δαναῒς ἐκλήθη. Cum nostro facit Valerius Flaccus:

Prima Deûm magnis canimus freta peruia natis.

Sed inferius sibi ipsi contradicere videtur auctor, vbi de Phaeacibus v. 1292. dicit, quod fuerint

Ἴδριες εἰρεσίης καὶ ἁλιπλάγκτοιο πορείης

Si hoc, certe Phaeaces priores Argonautis nauigarunt, illam enim dexteritatem et peritiam nauigandi ab Argonautis discere non poterant, quos nunquam antea viderant. Quin statim de ipsis Colchis subiicit:

Ἐν δ' ἄρ ὑπηρεσίῃσιν ἐπαγόμενοι φορέοντο

Νηυσὶν ἀπειρεσίαις βριαρὸς λόχος αἰήταο.

Qui certe numerus nauium tam exiguo tempore, quod Argonautae in hoc itinere consumserunt, aedificari non potuit: si igitur ante aedificatae hae naues, in quem vsum? ESCHENB.

68. Non ita parum memorem fuisse putem poetam nostrum, vti diceret repugnantia simpliciter his, quae habet v. 1292 et 1297, vbi aliquid de ea re dicemus. GESN.

71. Κιθάρην πολυδαίδαλον.] Pindarus Ol. IV. ποικιλοφόρμιγγος mentionem facit, et φόρμιγγα ποικιλόγηρυν alibi nominat. *Cithara variata*; Perdrierii somnia. ESCH.

73. Paruum est, et ideo tanto facilius forte neglectum, quod ἠδ' haesit

Ἡνίκα δ' εἰς ἄντρον πολυήρατον εἰσεπέρησε,
Μείλιχον ἐκ λασίων στέρνων ἀνενείκατο φωνήν,
„Ὀρφεῦ, Καλλιόπης τε καὶ Οἰάγρε φίλε κῦρε,
„Βιστονίῃ Κικόνεσσι πολυῤῥήνοισιν ἀνάσσων,
„Χαῖρ', ἐπεὶ Αἱμονίες ὀχέας πρώτιστον ἱκάνω,
„Στρυμονίες τε ῥοὰς, Ῥοδόπης τ' αἰπεινὰ πρὸς ἄγκ
„Εἰμὶ δ' ἐγὼ Μινύαισι πανέξοχον αἷμα λελογχὼς
„Θεσσαλὸς Αἰσονίδης· ξεῖνος δέ σοι εὔχομαι εἶναι.
„Ἀλλὰ φίλος, πρόφρων μ' ὑποδέχνυσο, καὶ κλύε μῦθο
„Μειλιχίαις ἀκοαῖς, καὶ λισσομένῳ ὑπάκεσον,
„Ἀξείνε Πόντοιο μυχὲς καὶ Φᾶσιν ἐρυμνὸν
„Νηὶ σὺν Ἀργώῃ πελάσαι, δεῖξαί τε θαλάσσης
„Παρθενίης ἀτραπὲς, ἐπιήρατον Ἡρώεσσιν,
„Οἵ ῥα τεὴν μίμνεσι χέλυν καὶ θέσκελον ὀμφὴν,
„Ἐλπόμενοι ξυνὸν πελάγει ἐπαρηγόνα μόχθων.
„Οὐ γὰρ δὴ πλῶσαι πρὸς βάρβαρα φῦλα μέδοντα
„Νόσφ

78. Κχῖρ' P. καί ῥ' AIC. 79. αἰπυνὰ Voss. 81. δέ τοι Voss. 83. ὑπακέοις Voss. 85. Vid. leg. περάσαι. Θέλξαι τε

haesit in h. l. pro altero ἰδ' quod non minus Orphicum est atque Homericum.

77. Βιστονίῃ κικόνισσι.] vid. praeter Stephanum Apollonii Scholiast. ad lib. II. v. 706. Tzetzem ad Lycophronem, Herodotum lib. VII. et alios. ESCH.

78. Χαῖρ'.] H. Stephani est haec emendatio, pro χαῖρ' quod Aldus substituit pro Χαῖρ' et omnino recipienda. ESCH.

84. Ἀξείνε πόντοιο.] Strabo lib. VII. hoc mare ἄξεινον dictum scribit, διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικέντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενοθυτέντων, καὶ σαρκοφαγέντων, καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δ' εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων.

Μυχὲς.] Ita hac voce vtitur Aristoph. in Θεσμοφορ.

Σύ τε πόντιε σεμνὲ Πόσειδον
Ἁλιμέδον, προλιπὼν
Μυχὸν ἰχθυόεντ' οἰστροδίνητον.

Etymologicon graecum elegantiss mum Bibliothecae Vltraiectinae ir editum: Μυχὸς σημαίνει δύο, τ ἐνδότατον τόπον, καὶ γράφεται δ τὸ υ. γίνεται δὲ παρὰ τὸ νὺξ, χὸς, καὶ κατὰ τροπὴν τε ἀμετα λε εἰς ἀμετάβολον μυχὸς, οἰον ἐνδότατος καὶ σκοτεινὸς τόπος, ρὰ τὸ μεμυκέναι. ἢ νύχιός τις οἱονεὶ σκοτεινὸς, ἢ ἐκ τε μύω, κεμμύω, ὃ τὰ ἐνδότερα φωτὸς ρηται. ESCH.

84. Pro ἐρυμνὸν malit Heri Obss. 10 p. 79 ἐραννὸν, quo epit to mactatur Phasis v. 788. Sed que ἐρυμνὸν non potest defe munitum, altis ripis suis. GE

85. Placeret mihi περάσαι modo, quod πελάσαι potius te casu iungitur quam quarto:

dum antrum introiſſet, placidam forti de pectore vocem hanc retulit: Orpheu Calliopae et Oeagri care Fili, Ciconibus in Biſtonia pecoroſis imperitans, Salue, quando Haemonios ad ſaltus nunc primum aduenio, fluentaque Strymonia, praeruptasque conualles Rhodopae. Sum ego praeſtantiſſimum inter Minyas ſortitus ſanguinem, Theſſalus, Aeſonis Filius, atque hoſpes tibi eſſe cupio: tu vero amicus, propitius me recipe, et placidis auribus ſermonem meum accipe, ſupplicique obtempera. Inhoſpitalis Ponti receſſus, et Phaſin munitum naui cum Argoa vt adeas, oſtendasque maris Parthenii vias, rem Heroibus optabilem, qui ideo tuam expectant teſtudinem ac diuinam vocem, ſperantes commune hoc in pelago laborum ſuorum auxilium. Neque enim nauigare ad barbaras nationes ſine te curant. Et-

Pierſ. Veriſ. p. 104. 86. *ἀνταρκὲς* PAIC. *ἐπιήρανον* Pierſ. l. c. 87. Οἳ *ῥὰ* Aſ. *θέσφατον* Voſſ. 88. Ἑλδόμ. *ξυνῶν πελάσαι* Ruhnk. 89. Πλεῦσαι Voſſ.

rum etiam quod *περάσαι* plus eſt. Non volebant accedere tantum mare, ſed tranſire. Pierſoni *θέλξαι* probarem, ſi iungeretur cum mari ipſo, quatenus tumultuoſum, procelloſum eſt. Verum via maris non mulcetur, ſed demonſtratur.

86. Omnino *ἐπιήρανον* reponi vult et *adiutorem* reddi, Pierſonus Veriſ. p. 105, vſus praeſertim auctoritate Heſychii, Ἐπιήρανα. ἐπικουρητικὰ τῆς ψυχῆς, ἢ ποδῶν, vbi manifeſte declarat verba Vlyſſis, Od. τ, 343 Οὐδέ τί μοι ποδόνιπτρα ποδῶν ἐπιήρανα θυμῷ Γίγνεται, negat ſe valde amare pedum lotionem. Euſtathius p. 699, 14 ἐπιήρανα dicit legendum, non ἐπὶ ἦρ' ἀνὰ θυμῷ, et primitiuum, πρωτότυπον, eſſe vocis itidem Homericae ἐπίηρα, quae per apocopen inde facta ſit. Heſychii ἐπικουρητικὰ fortaſſe ita accipiendum, vt apud Latinos *iuuare* dicuntur, quae delectant. Itaque ſi legeretur etiam *ἐπιήρανον*, non tribuerem illi tamen hic certe aliam vim ab ea, quam habet illud frequentatum Homero *ἐπιήρατον*, cui gemina *εὐήρατον*, *μεγήρατον*, *πολυήρατον*, quae rem ob vtilitatem ſuam, vel quacunque alia de cauſa amabilem et expetendam ſignificant. Rogat Iaſon Orphea, *ὑπάκουσον πελάσαι* κ. τ. λ. obſequere mihi vt venias, viam oſtendas, quod optabile eſt Heroibus: ſecundum Pierſonum; vt venias — adiutor et dux Heroibus: nam hoc ſignificare *ἤρανον* et *ἐπιήρανον* Heſychius docuit. Hanc notionem poeta noſter ſtatim v. 88 expreſſit per *ἐπαρηγόνα μόχθων*. cf. ad 821.

88. Ingenioſae coniecturae Ruhnkenianae Epiſt. 2 p. 70. quae verſum hunc forte cultiorem politioremque red-

„Νόσφι σέθεν· καὶ γάρ ῥα ποτὶ ζόφον ἠερόεντα,
„Νείατον εἰς κευθμῶνα, λιτῆς εἰς πυθμένα γαίης,
„Μοῦνον ἀπ' ἀνθρώπων πελάσαι, καὶ νόστον ἀνευρεῖν·
„Ὧν ἕνεκεν ξυνήν τε δύην Μινύαισιν ἀρέσθαι.
Τὸν μὲν ἐγὼ μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπον,
„Αἰσονίδη, τί με ταῦτα παραιφάμενος ἐρεείνεις,
„Ὄφρα κεν ἐς Κόλχους Μινύαις ἐπιήρανος ἔλθω,
„Νηΐ σὺν εὐσέλμῳ πλεύσας ἐπὶ οἴνοπα πόντον;
„Ἤδη γάρ μοι ἅλις καμάτων, ἅλις ἔπλετο μόχθων,
„Ὧν ἱκόμην ἐπὶ γαῖαν ἀπείριτον ἠδὲ πόληας,
„Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε βροτοῖς ἀνὰ θέσφατα φαίνων.
„Καί με ἀλητείης τε καὶ ἐξ οἴστρου ἐσάωσε
„Μήτηρ ἡμετέρη, καί ῥ' εἰς δόμον ἤγαγεν ἄλλον·
„Ὄφρα τέλος θανάτοιο κίχω μετὰ γήραϊ λυγρῷ.
„Ἀλλ' οὐκ ἔσθ' ὑπαλύξαι, ἃ δὴ πεπρωμένα κεῖται.
„Μοιρῶν ἐννεσίῃσιν ἐπείγομαι. οὐ γὰρ ἄτιμοι
„Ἱκεσίου Ζηνὸς κοῦραι Λιταί. ἵξομαι ἤδη

Ὁπλο-

90. γὰρ ῥὰ PAIC. 92. Malim πέλασας — ἀνεῦρες. 93. ἕνεκα Voss. quod placet. 99. ἰδὲ Voss. 100. ἀναθέσφ. Voss. PAIC.

reddant: sed nihil habent necessitatis, et vnam alteramque Venerem excaecant.

92. Μοῦνον ἀπ' ἀνθρώπων.] Interpres ἔμμετρος vertit: *de tot mortalibus vnus*, quod non verum est. Nam et Hercules et Theseus eo descenderunt. μοῦνος ἀπ' ἀνθρώπων hoc loco est *solus, sine comite.* quod quidem leue dixerit is, cui non graue est contra veritatem loqui. ESCHENB.

92. Quam proposui coniecturam de hoc versu emendando, vt video, non possum mihi vindicare. Nam Eschenbachiana versio plane ita habet: in qua etiam ille infinitiuus ἀρέσθαι recte imperatiuo modo expressus est figura plane Homerica. Vt autem κῦδος ἀρέσθαι Homero frequenter admodum significat parare et capere sibi gloriam: ita δύην ἀρέσθαι est suscipere et subire aerumnam. GESN.

96. Hic ἐπιήρανος quodammodo anceps et dubium videtur, vtrum ad ἐπιήρατον v. 86, an ad ἐπαρηγόνα v. 88 referatur. Sunt quidem natura sua haec inter se connexa et coniuncta: sed tamen magis ad auxilium hic respicitur.

97. Νηΐ σὺν εὐσέλμῳ.] Scholiastes Apollon. ad lib. I. v. 528. Τὰς τῶν ἐρετῶν καθέδρας, τὰ σελιδώματα, καθόλου δὲ τὸ πλατὺ ξύλον σέλμα λέγεται καὶ σελίδωμα. Ὅθεν καὶ τὰς σελίδας τῶν ῥαψῳδιῶν διὰ τὸ πλάτος φαμέν. ESCH.

97. Σὺν in significando instrumento plane vt Od. Ξ, 242 ἔβημεν Οἴκαδε σὺν νήεσσι. GESN.

99. Ὧν consueta syntaxi casum accom

Etenim iam aliquando ad caliginem obſcuram, extremas in latebras, ſimplicis in abyſſum terrae, ſolus ab hominibus perueniſti, atque inueniſti reditum. Quarum rerum cauſa et hunc communem cum Minyis laborem capeſſere *te rogo.* Huic ego his verbis reſpondi: Aeſonide, quid me his adhortationibus rogas, vt ad Colchos Minyis adiutor veniam, naui bene tabulata nigrum pontum nauigans? Satis mihi iam laborum, aerumnarum ſatis euenit, quibus immenſam terram et vrbes obii, cum in Aegypto Libyaque oracula hominibus et myſteria promerem, dum ex illa me oberratione et furioſo inſtinctu ſeruauit mater noſtra, atque in domum *inde* aliam deduxit, mortis vbi finem cum triſti ſenectute inueniam: at ſubterfugere, quae fataliter decreta poſitaque ſunt, non licet. Parcarum imperiis vrgeor, nec enim adſpernandae *ſunt* ſupplicis Iouis filiae, Deprecationes. Veniam ſtatim, iunioribus regibus et ſemideis

101. *ἀλητ.* Voſſ. 104. *οὐκ ἔθ'* Voſſ. 105. *ἐπαγόμενοι* Voſſ. *ἄτιμοι* Id. 106. *Ἱκετ. — ἐξ.* Voſſ.

accommodauit ad praecedens *μόχθων*· ceterum requiritur *εἰς* vel *σὺν τοῖς.*

100. *Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε.*] Vide, an non melius *Αἰγύπτου Λιβύης τε.* ESCHENB.

100. Certe nihil inſoliti eſſe, in regionum etiam nominibus praepoſitionem omitti, conſtat: et docuit huius ipſius loci cauſa Schrader. ad Muſaeum c. 16 p. 275 ſq. GESN.

101. *Ἐξ οἴστρου.*] Interpretes Ariſtoph. *Οἶστρος, ἐρεθισμὸς, ἔκκαυσις, πύρωσις ἐμμανής. Καὶ οἶστρον καλοῦσι πᾶσαν κίνησιν. Καὶ οἶστρος, ἐρεθισμὸς, ὁ λεγόμενος μύωψ, μανία ἀφροδισίων, λύσσα, φόβος, καὶ εἶδος πτηνοῦ, ὑφ' οὗ αἱ βοῦς κεντριζόμεναι σκιρτῶσιν, ὃ μύωψ καλεῖται.* ESCHENB.

101. *Ἀλητεία* eſt vitae genus, quale Vlyſſi pluribus Odyſſeae locis tribuitur, et toto pene opere deſcribitur. De illo oeſtro vid. ad v. 47. GESN.

104. *Ἀλλ' οὐκ ἔθ' ὑπαλύξαι.*] Euripid. Ione:

Ἀνακτέον τόδ' ἐστὶ καὶ τολμητέον.
Τὰ γὰρ πεπρωμέν' οὐδ' ὑπερβαίη ποτ' ἄν. ESCH.

105. *Μοιρῶν ἐννεσίῃσιν.*] *Ἐννεσία* eſt, cum vel Deus aliquis imperat menti, vel mens animo. Prior modus hic regnat, et frequens eſt apud auctores. De poſteriore vide Hoelzlinum ad Apollon. lib. I. v. 7. ESCH.

Οὐ γὰρ ἄτιμοι.] Nam Vlyſſes apud Homer. Odyſſ. N.

Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, ὅστε καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται, ὅστις ἁμάρτῃ

„Ὁπλοτέροις βασιλεῦσι καὶ ἡμιθέοις ἐνάριθμος.
Καὶ τότε δὴ λίπον ἄντρον ἐπήρατον, ἠδ᾽ ἐπέρησα
Αὐτῇ σὺν φόρμιγγι, καὶ εἰς Μινύας ἀφίκανον
Λαιψηροῖσι πόδεσσιν, ὑπὲρ Παγασηΐδας ἀκτάς.
Ἔνθα δ᾽ ἀριστήων Μινυῶν λόχος ἠγερέθοντο
Στεινὸν δὴ ψαμάθου ὁμάδῳ, ῥηγμῖνά τ᾽ Ἀναύρου.
Ἀλλ᾽ ὅτε δή μ᾽ ἐνόησαν ἀταρπιτὸν ἐξανύοντα,
Ἀσπασίως ἤγερθεν· ἐγήθεε δ᾽ ἦτορ ἑκάστῳ.
Αὐτὰρ ἐμυθεόμην, ἐρεείνων ἄνδρας ἀρίστους.
Πρῶτα δὲ εἶδα βίην Ἡρακλῆος θείοιο,
Ὅν τέκεν Ἀλκμήνη Ζηνὶ Κρονίωνι μιγεῖσα,
Ἦμος ὅτε τρισσὴν μὲν ἐλείπετο Σείριος αἴγλην
Ἥλιος, δολιχὴ δ᾽ ἐπεμαίετο πάντοθεν ὄρφνη.
Τίφυν τ᾽ Ἀγνιάδην, δολιχῆς ἰθύντορα νηὸς·
Θεσπιέων δ᾽ ὅγε τῆμος ἐφ᾽ ὕδασι, Τελμισσοῖο

Ἀγχ᾽

107. ἐν ἀριθμοῖς Voſſ. vnde coni. — θεοῖσιν ἀριθμός.
109. ἐς Voſſ. 112. Vid. leg. ἐπὶ ψ. ὅμαδον.

Heſiodus ἔργ.
Ἶσον δ᾽, ὅς θ᾽ ἱκέτην, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει. ESCH.

108. Reſpicit illud antrum Mercurii vere ἐπήρατον et πολυήρατον quod deſcribitur de Lap. Prooem. 18 ſqq.

110. Ὑπὲρ Παγασηΐδας ἀκτάς.] Vnanimiter omnes, qui Argonautarum hiſtoriam deſcribunt, hoc in loco conueniſſe eos fatentur. Παγασαὶ autem ἀκρωτήριον Μαγνησίας. Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεπῆχθαι τὴν ἀργώ, ἢ ἀπὸ τοῦ πηγαῖς περιβλύζεσθαι τοὺς τόπους. Confer Strabonem lib. IX. ESCH.

112. Ῥηγμῖνά τ᾽ ἀναύρου.] Non προσηγορικῶς, ſed κυρίως hoc loco interpretandus eſt Ἄναυρος. Vide Hoelzlinum ad Apollonii lib. I. v. 9. et de voce ῥηγμῖν ad lib. II. v. 348. ESCHENB.

115. Infra v. 298 πεντήκοντ᾽ ἐρέτας videmus indicari. Hic enarrantur octo et quadraginta. Addemus iis Iaſonem ipſum et Orphea, et plenus exactusque erit ille numerus. Caeterum de ſingulis heroibus diſputare, genera eorum perſequi, diuerſas Apollodori et Valerii Flacci narrationes referre, aliorum Argonautarum nomina aliunde quaerere, noſtri inſtituti non eſt: et habent ſtudioſi Burmannianum Catalogum, magnum editionis Valerii Flacci ornamentum, et totius Argonauticae fabulae praeſidium.

118. Non ſatis proprie loquitur: vno tantum ſplendore defecit ſol, vnius diei luce caruit, vbi fierent tres noctes continuae, quam ob cauſam τρίεσπερον λέοντα dixit Herculem Lycophron v. 33, vbi diuerſas ea de re poetarum formulas collegit Meurſius. Τρισσὸν vel τρισσὰς pro τρεῖς nec a noſtri poetae vſu nec a Romanorum conſuetudine abhorret V. mox v. 130.

mideis accensendus. Et tunc iam relicto antro amabili, ipsa cum testudine profectus, ad Mînyas celeri pede per litora Pagaseia perueni. Ibi principum Minyarum cohors congregabatur in angusto arenae tumulo et ripa Anauri. Hic cum intelligerent, recta me ad ipsos pergere, in complexum surgunt meum, pectus vniuscuiusque pertentat gaudium. Post collocutus sum, inquirens viros praestantissimos. Primum vero vidi robur diuini Herculis, quem Alcmena Ioui Saturnio mista peperit tum, quando *tres dies* Sirius sol deseruit, longaque vndique nox imminuit: Tiphynque Agniaden longae rectorem nauis Thespesiorum ille tum ad aquas Teumessi prope montem populis traiicien-

117. ξηνὶ PAIC. 119. pro ἔρφνη, αὔγλη Voss. 121. Θεσπεσιέων omnes. Θεσπιέων Voss. τελμισσοῖο As. PAIC. τευμησ. coni. Esch. V. N.

120. Ἀγνιάδην.] Falso Hoelzlinus ad Apollon. lib. I. v. 105. τὸ ἀγνιάδης derivat ab Ἀγνεὺς, verius tamen ab ἄγνιος, quamquam ne hoc quidem, quum, si Apollodoro credimus, Ἅγνιος, vel Ἁγνίης pater fuit Tiphi, non ἀγνεὺς, vel ἄγνιος, vnde etiam et apud hunc et apud Apollonium scribendum potius ἁγνιάδην et ἁγνιάδης, spiritu aspero, quod vel ex Flacco discere potuissent, qui semper Hagniades, nunquam Agniades. Codex Palatinus Apollodori, qui pro Ἁγνία legit Ἀγρία, corruptus est. ESCH.

120. Cum omnes, quos consulere potui, non modo spiritum lenem appingant nomini, sed praecedentem τ' seruent, quae in θ mutanda erat: nihil mutandum puto. Quanta sit in Latinis codicibus circa adspirationem turba, nemini ignotum est. GESN.

121. Θεσπεσιέων.] Α Θέσπεια fit Patronymicon Θεσπιεὺς, Θεσπιακὸς et Θεσπικὸς, vnde mendum apparet, nempe Θεσπεσιέων perperam pro Θεσπιέων. Et, ne dubites, audi Apollonium lib. I, v. 106. de eodem Tiphy:

Τῖφυς δ' ἁγνιάδης Σιφαέα καλλιπε δῆμον
Θεσπιέων.

ESCH. Viderat Holst. et Steph. GES.

Τελμισσοῖο.] Τελμισσὸς, πόλις Καρίας, ὡς δὲ Φίλων καὶ Στράβων, Λυκίας, inquit Stephanus. Sed quid Cariae cum Boeotia? igitur et hic mendum subest, neque dubito, quin legendum sit τευμησσοῖο. τευμησσὸς enim, ὄρος Βοιωτίας et ἄστυ, vid. etiam Strabonem lib. IX. neque apud nostrum tantum hac scriptura peccatur, sed etiam apud Suidam Τελμίσια et Τελμισσὸς legitur corrupte pro Τευμησία et Τευμησσός. ESCH.

121. Τευμησὸν vel Τευμησσὸν Boeo-

Ἄγχ᾽ ὄρος, λαοῖς Σιφάεσι ῥεῖθρον ἄμειβεν·
Ὅς περὶ μὲν βύκταισι καὶ ἀργήεσσιν ἀέλλαις
Νῆα κατιθύνειν δέδαεν πολυμήτιδι τέχνῃ.
Κάστορά θ᾽ ἱππόδαμον Πολυδεύκεά τ᾽ εἰσενόησα,
Καὶ Μόψον Τιταρῆθεν, ὃν Ἄμπυκι νυμφευθεῖσα
Χαονίην ὑπὸ φηγὸν Ἀρηγονὶς ἐξελόχευσε·
Πηλέα τ᾽ Αἰακίδην, Αἰγίνης ἀγλαὸν υἱόν,
Ὃς Δολόπεσσιν ἄνασσεν ἐνὶ Φθίῃ ἐριβώλῳ.
Τρισσὴν δ᾽ Ἑρμείαο κλυτὴν εἰσέδρακα γένναν,
Αἰθαλίδην, ὃν ἔτικτε περικλυτὴ Εὐπολέμεια,
Μυρμιδόνος θυγάτηρ, Ἀλόπῃ ἐνὶ πετρηέσσῃ.

Ἠδ

122. Ἄγχερος λαοῖσι Φαεσσίῤῥεθρον Vulg. 124. δέκαεν PAIC.

Boeotiae montem eſſe, et huc pertinere, dubio caret. Vid. Steph. Byz. et Sch. ad Eurip. Phoeniſſ. 1107. Sed cum in eo Euripidae loco non minus quam hic ſatis frequenter libri pro T primae Syllabae Λ et I in altera pro H habeant, idemque factum etiam apud Pauſa. Boeot. ſ. 9, 19 et Strabonem 9 p. 284, 13 videam: placet ſummi viri Valckenarii modeſtia, qui antiquitus corruptum vel variatum id nomen ſuſpicatur. GESN.

122. Φαεσσίῤῥεθρον.] Quid ſit, non capio, ſed et hic anguem in herba latere arbitror. Quid ſi ſcripſiſſet Orpheus: ἄγχερος λαοῖς σιφαῖον ῥέεθρον ἄμειβεν; Ita enim Apollonius loco paulo ante adducto (1, 106):

Τῖφυς δ᾽ ἁγνιάδης Σιφαέα κάλλιπε δῆμον
Θεσπιέων.

Stephanus: Σίφαι, ἐπίνειον τῆς Θεσπιακῆς etc. Ita igitur duos hos verſus lego et interpungo:

Θεσπιέων δ᾽ ὅγε τῆμος ἐφ᾽ ὕδασι (τευμησσοῖο
Ἄγχερος λαοῖς) σιφαῖον ῥεῖθρον ἄμειβεν.

Nec dubito quin ita ſcripſerit Auctor. ESCH.

122. Io. Pierſonus Veriſ. 1, 9 p. 107, probatis aliis Eſchenbachii cogitatis, legendum putat λαοῖς σιφάεσι. Ego amplius ita, vti ſupra poſui, legendum arbitror, ac totum locum ita interpretor, Tiphys tum ad aquas fluuiorum ac maris Theſpienſium, prope montem et promontorium Teumeſſi, Siphaënſibus (quorum vrbs ἐπίνειον τῆς Θεσπιακῆς Stephano) traiiciendi, transuehendique operam dabat. Nempe ῥεῖθρον ἀμείβειν vniuerſim ſignificare puto flumen, fretum, aquam quamcunque traiicere, et viciſſim ab vno litore ad alterum tranſire. Hic didicit nauigandi artem, vt poſtea maiora auderet. Si cui dura videatur ellipſis ἄγχι (πρὸς) ὄρος, ille poterit ſuſpicari ἄγχ᾽ ὄρευς, Homerica plane conſtructione, et emendatione blandiſſima. Porro in ipſum contextum recepi emendationes eas, quae cum neceſſariae ſunt, tum plane nihil mutant in ipſis literis, niſi quod ſibilantem altera geminat, altera caninam male geminatam ſemel tantum ponit: quo in genere quam frequentia peccata ſint, quam facilis mutanti aliquid venia, ἴσασιν οἱ μεμυημένοι. De interpunctione

ciendis dabat operam: qui quidem mugientibus ac fulgentibus procellis nauim dirigere curi[illegible] arte sciebat: Castoraque equorum domitorem, Pollucemque cognoui, (125) et Mopsum Titarensem, quem Ampyci nupta Chaonia sub fago Aregonis peperit, et Aeacidem Pelea, illustrem Aeginae filium, qui Dolopibus in glebosa Phthia imperitabat. Trinam vero etiam vidi nobilem Mercurii progeniem, (130) Aethaliden, quem inclita Eupoleme peperit Myrmidonis F. petrosa in Alope;

127. Φυγὸν sph. Esch. 131. ὃν ῥ' ἔτ. Voss.

stione causam dicere nihil attinet: *Telmissum* reliqui ob rationem indicatam, quamuis *Teumissum* vsitatiorem esse scio. GESN.

126. Ὃν Ἄμπυκι νυμφευθεῖσα.] Quis non miretur hoc loco stupiditatem interpretum, inprimis Perdrierii, qui haec verba reddit: *quem reticulo nupta*. ridicule sane. nec tamen felicior alter interpres, nisi ignorantiam suam carmine celare conetur, sed frustra, hic vertit:

Et te Mopse adii Titaresie, splendida cultu
Chaoniam peperit quem subter Aregonis alnum.

nugae! Μόψος Ἀμπύκου υἱὸς τοῦ Τιταρώνος. ita dicunt omnes. videndum igitur, an non hic in Ἄμπυκι vitium lateat, quod tamen non arbitror. Saepe enim a reliquis noster recedit in Nominibus Propriis. Etiam Flaccus aliquoties *Ampycides* pro *Mopso*. ESCH.

127. Ἀρηγονὶς.] Hoc in loco gratiae a me referendae sunt τῷ πάνυ Graeuio; quum enim τὸ ἀρηγονὶς Patronymicon esse pro certo ego haberem, et tamen Primitiuum, vt vocant, nullum inuenire possem, rescripsit mihi Vir Clarissimus: Hic nihil aliud cogitandum, quam, quam alii Chlorida dicunt, Orpheo vocari Ἀρηγονίδα, vt solent in multis fabulis veteres sibi non constare. Sic patriam eius alii Oechaliam, alii Titaronem vrbem esse dicunt. Sic Chloridis patrem alii Amphionem, alii Orchomenum dicunt fuisse. In matre igitur Mopsi ab aliorum sententia hic discedit Orpheus. In sequenti versu vides eandem sententiarum discrepantiam. Non mihi igitur Ἀρηγονὶς videtur esse Patronymicon, non magis ac Chloris. ESCHENB.

128. Αἰγίνης ἀγλαὸν υἱόν.] Apollodorus lib. III. Endeiden, Chironis filiam, matrem Pelei et Telamonis facit. Aeginam vero Asopi, Aeaci ex Ioue matrem. ESCH.

129. Ἐνὶ Φθίῃ ἐριβώλῳ.] Huc enim confugerat ob caedem fratris Phoci. Apollon. lib. I. v. 94. ESCHENB.

131. Apollo. 1, 54 de Aethalide, καὶ τὸν μὲν ἐπ' Ἀμφρύσσοιο ῥοῇσιν Μυρμιδόνος κούρη Φθιὰς τέκεν Εὐπολέμεια, vnde hoc certe colligas, Alopen ad Amphryssum sitam fuisse.

133.

Ἠδ' Ἔρυτον, καὶ καλὸν Ἐχίονα, τὲς ποτε Νύμφη
Λαοθόη Μερετοῖο παρευνηθεὶς ἐλόχευσε
Κυλλήνης μεδέων χρυσόῤῥαπις Ἀργειφόντης.
Αὐτίκα δ' Ἀκτορίδης καὶ Βεφάγος ἦλθε Κόρωνος.
Ἴφικλος αὖ Φυλάκε δῖον γένος ἀντεπόρησε·
Βέτης τ' Αἰνειάδης, ἴκελος χρυσάορι Φοίβῳ.
Κάνθος δ' Εὐβοίηθεν Ἀβαντιάδης ἐπέρησεν,
Ὃν δὴ μοῖρ' ἐδάμασσε, τέλος δ' ἐπέθηκεν ἀνάγκη
Φθίσθαι ὑπὲρ Λιβύης, νόσον δ' οἴκοιο λαθέσθαι.
Ἄλκωνος δὲ Φάληρος ἀπ' Αἰσήποιο ῥοάων
Ἤλυθεν, ὃς Γύρτωνος ἁλιστεφὲς ἔκτισεν ἄστυ.
Ἴφιτος αὖ μετὰ τοῖσιν ἐφέσπετο Ναυβόλε υἱὸς,
Φωκίδος ὃς ῥ' ἤνασσε καὶ εὐπύργοιο Ταναγρης.
Λαοδόκος, Ταλαὸς, καὶ Ἀρήιος, υἱοὶ ἀμώμοι
Ἦλθον

133. εὔρυτον — ἐγχίονα Af. et Chiv. ἔρρυτον Voff. 137. ἀντεπόρησεν Voff. et Afk.

133. Pofui etiam hic varietatem manifefto falfam, vel ob hoc, vt ea fidem faciat, bonas lectiones non ingenio librarii deberi, fed exemplari, quo ille vfus eft. Similem ob caufam moneo, in exemplo varietatis e codice Voffiano excerptae, quod beneficio Cl. Afkew apud me eft, adfcriptum effe, *leg. ἔρυτον*. Ceterum de hoc nomine et homine etiam accuratiffime egit in Catalogo Burmannus.

134. Λαοθόη Μερετοῖο.] Apollonius Antianiram, Meneti filiam, matrem horum dicit lib. I. Laethoe alias Herculis et Chryfeidis, Thefei filia. Apollodor. lib. II.

ESCHENB.

136. Βεφάγος ἦλθε Κόρωνος.] Ecce fupinam interpretum rurfus ignorantiam. Perdrierius: *et Buphagus venit Coroni filius*, alter: *Buphage nate Corono*. Βεφάγος Herculis alias Epitheton, ad robur eius et ftrenuitatem indicandam. idem Epitheton hic ob eandem caufam Corono tribuitur, ob quam etiam Apollonio laudatur, lib. I. v. 57. feqq. quem cum Scholiafta vide.

ESCHENB.

137. Ἴφικλος αὖ Φυλάκε.] Confentiunt circa hanc genealogiam omnes, quos noui, auctores, excepto folo Apollodoro, qui hunc Iphiclum Theftii filium dicit. Obiter hic obferuandum, de Iphiclo hoc interpretandum effe illud fragmentum Hefiodi, quod exftat apud Euftathium:

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν,
ἐδὲ κατέκλα.
Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάεσκε πόδεσσι.

Index eft Apollonii Scholiaft. qui, Ἴφικλος, inquit, υἱὸς ἦν Φυλάκε καὶ Κλυμένης τῆς Μινύε· τῦτον Ἡσίοδος ἐπὶ πυρίνων ἀθέρων τρέχειν φησί. In quo fragmento vocem πυραμίνων fruftra ex lexicis interpretari conaberis. Non autem de folo Iphiclo hoc dicitur, fed eandem celeritatem *Erichthonii equabus* tribuit Homerus

pe; tum Erytum et pulchrum Echiona, quos olim Nymphae Laothoae Mereti F. concumbens genuit Cyllenae dominus, aurea virga insignis Argicida. Tum Actorides et voracissimus venit Coronus. Porro Iphiclus, nobile Phylaci genus, obuiam venit, et Butes Aeneades, aureo Phoebo similis, et Abantis F. Canthus ex Euboea traiecit, quem quidem fatum subegit, et finem *viro* imposuit necessitas, in Libya vt periret, domuitionisque obliuisceretur. Phalerus Alconis F. ab Aesepi fluentis venit, qui mari cinctam Gyrtonis vrbem condidit. Hos secutus Iphitus Nauboli F. Phocidi qui imperitabat et turribus munitae Tanagrae. Laodocus, Talausque et Areius venerunt illu-

144. *ναβόλε* ante Eschenb. Sed *ναυβ.* etiam Voss. et Ask.
146. Sic AIC. sed *τ' ἀλαὸς* P. St. Lect. Esch.

merus Iliad. *υ.* Talis etiam apud Apollonium in 1. Argon. *Polyphemus.* Apud Virgil. in VII. Aen. *Camilla* fingitur. Apud Nonnum lib. 28. Dionysiac. *Damneus* quidam. Apud Ouidium Metamorph. X. tales sunt *Hippomenes et Atalanta.* Apud Q. Smyrn. l. 8. *equi Achillis.* ESCH.

137. Quod ex Askaeano et Vossiano attulimus *ἀντετόρησεν*, illud forte in mentem venit antiquo librario ex Iλ. E, 337 quod ibi *perforauit* est, sed a V. Schol. explicatur per *διῆλθε.* Mihi neque hoc placet neque vulgatum, sed legam *ἀντεπλέρησεν*, cuius simplice, et compositis aliis, perpetuo noster vtitur. Vid. *ἐπιρ.* *εἰσεπ.* et *ἐξεπ.* in Indice. GESN.

138. *Βούτης τ' αἰνεάδης.*] Omnes, excepto hoc, Buten Teleontis filium faciunt. ESCH.

143. *Ὃς γύρτωνος.*] Dissentit hic a reliquis auctor noster, qui vrbem hanc conditam volunt vel *ἀπὸ γύρτωνος, τοῦ Φλεγύου ἀδελφοῦ*, vt Stephanus, vel *ἀπὸ γυρτώνης τῆς Φλεγύου*, vt Apollon. Schol. ad lib. I. v. 57. ESCH.

144. *Ἴφιτος.*] Ita omnes. Corrigendus tamen Apollodorus lib. I. pag. editionis Tanaquill. Fabri 55. vbi legitur *ἔριτος Ναυβόλου*, pro *ἴφιτος.* ESCH.

146. *Λαοδόκος τ' ἀλαὸς.*] Manifestum mendum, quod tamen stupiditas interpretum non assecuta est, quin nec ipse H. Stephanus, vtut lynceus sit, hoc obseruauit. *Ταλαὸς* Laodoci et Areii frater. Valer. Flaccus:

- - - *Hinc Talaus, fratrisque Laodocus urget*
Remo terga sui.

Apollonius plane cum nostro:

Ἀργόθεν αὖ Ταλαὸς καὶ Ἀρήιος, υἷε Βίαντος
Ἤλυθον, ἴφθιμός τε Λεωδόκος,
οὓς τέκε πηρώ.

Ast *υἱοὶ ἀμύμονι*, scilicet *βίαντος*· *ἀβαντιάδαι* enim quod sequitur, non est

Ἦλθον Ἀβαντιάδαι περιώνυμοι, ὃς τέκε Πηρώ.
Ἰφιδάμας δ᾽ Ἀλέȣ παῖς ἤλυθε· πέμψε γὰρ αὐτὸν
Ἴφθιμος γενέτης, Τεγέης ὄρια προλιπόντα.
Ἤλυθε δ᾽ Ἐργῖνος, Βράγχȣ πολύπυρον ἄρȣραν
Ἐκπρολιπὼν, καὶ τύρσιν ἐρυμνῆς Μιλήτοιο,
Ἔνθα ῥοαὶ κλύζȣσι πολυπλανέος Μαιάνδρȣ.
Ἐν δὲ Περικλύμενος Νηλήϊος εἰσαφίκανεν,
Ἀγχόθι Πελλήνης τε καὶ εὐύδροιο Λιπέζȣ
Ἄςυ λιπὼν ἀφνειὸν, ὀρεινόμȣς τε Κολώνας.
Ἐκ δὲ λιπὼν Καλυδῶνα θοὸς Μελέαγρος ἔβαινεν,
Οἰνεὺς τόν ῥ᾽ ἐλόχευσε καὶ Ἀλθαίη ῥοδόπηχυς.
Ἴφικλος αὖτ᾽ ἐπέρησε λιπὼν Ἀτρακηΐδα λίμνην,
Σύγγονος Ἀλθαίης· περὶ δ᾽ αὖ τίεν ἔξοχα πάντων
Εὐειδῆ Μελέαγρον, ἰδ᾽ ἀγλαὰ ἔργ᾽ ἐδίδασκεν.

Ἀςε-

147. Voſſ. marg. Τηρώ.

148. Vid. leg. Ἀμφιδάμας.

eſt Patronymicon, ſed Gentile. ESCH. V: Burm. Cat. *Ardo.* GESN.

146. Quin rectum ſit Talaus, non poteſt dubitari: ſed antiquum tamen eſſe mendum oportet: quod etiam in collatione Mſſ. qua vtimur, ad Eſchenbachianum exemplum inſtituta, nulla alterius lectionis mentio. GESN.

148. Ἰφιδάμας δ᾽ ἀλέȣ.] Omnes vnanimiter hunc Ἀμφιδάμαντα vocant, repone igitur audacter Ἀμφιδάμας. Sed et apud Apollodorum lib. II. interpretes Ἀμφιδάμαντα vertunt Iphidamantem, quod miror Tanaquill. Fabrum praeteriiſſe. ESCH.

148. Valde etiam mihi credibile eſt, eſſe ab auctore Ἀμφιδάμας. Mutare tamen non ſum auſus, quia poteſt eſſe cauſa huius diſſenſionis alia, quam ego ignorem. GESN.

150. Ἐργῖνος Βράγχȣ.] Non pugnat noſter cum reliquis, qui Erginum Neptuni filium dicunt, eſt enim ἀπόγονος Neptuni ſec. Schol. Apollonii, qui tamen Κλυμένȣ τȣ̃ πρέσβωνος καὶ Βȣζύγης τῆς Λύκȣ filium dicit. ESCH.

150. Non eſt cauſa, cur Erginus Branchi filius intelligatur; ſed Βράγχȣ ἄρȣρα eſt periphraſis Mileti. GESN.

151. Manifeſtus error librariorum ex vicinia ſoni ortus. Ἐρεμνὸς plane aliud eſſe, quam ἐρυμνὸς, vel Index noſter docere poteſt. Sic apud Heſychium poſt recte explicatum ἐρυμνὸν per ἰσχυρὸν, μέγα, ὑψηλὸν καὶ ὀχυρὸν, ȣ̓ ταχέως ἐδάς ἐπιβαίνειν ſimili errore ſubiungitur, ἢ σκοτεινὸν, quod ad ἐρεμνὸν pertinet. Ceterum ἐρυμνὸν fuiſſe tempore Magni Alexandri Miletum, patet ex Arriani 1, 18. Et video ἐρυμνῆ iam reponi voluiſſe τὸν πάνυ Weſſelingium Obſ. 1, 23 p. 90, qui citat ſimilem vſum Callim. in Del. v. 23. Cl. etiam Duker. ad Thucyd. p. 74.

no

illuſtres Abantiadae, filii praeclari, quos Pero peperit. Iphidamas item Alei F. venit: miſerat enim illum fortis pater, Tegeae linquentem fines. Venit Erginus quoque, terram Branchi tritici feracem (150) relinquens, et propugnaculum munitae Mileti, vbi vagi fluenta Maeandri exundant. Vna vero Neleius Periclymenus aduenit procul a Pallene et Lipaxo irrigua, Aphneum vrbem relinquens, montanasque Colonas. (155) Calydone relicta velox Meleager acceſſerat, quem Oeneus genuit et roſeis vlnis Althaea. Porro Iphiclus relicta patride Atraceide huc ſe contulerat Althaeae cognatus, qui praeter omnes formoſum Meleagrum coluit, praeclaraque illum docuit opera. (160) Aſterion quoque illu-

151. ἐρεμνῆς omnes. 153. Σὺν δὲ coni. Pierſ. Veriſ. p. 107. 154. Παλλήνης alii. Λιπάξα Aſ. Λιπαάξα Voſſ. 155. ἐλειονόμας Voſſ.

m *tenebricoſi* vertit, *ſed verendi* ropter *minas murorum.*

153. Pro Ἐν δὲ, Σὺν δὲ non dubito hic et 208 melius ſtare: ſed odum tamen mutare ſcriptionem iuerſorum auſus ſum, ſaepe nimis expertus, quam facile nos poſt aliquid fugere. Certe ἐν δὲ idem ſignificare debet quod σὺν δὲ v. g. Apollo. 1, 156. Analogia forte adam dixit noſter ἐν δὲ (τέτοις) t ἄii σὺν δὲ (τέτοις) *in his erat,* *cum his erat.*

154. Ἀγχόθι πελλήνης.] Repone Παλλήνης, vid. Steph. et pro λιπάξε, lege λιπαάξα. Ita enim vocatur ab Herodoto lib. VII. (123) t vicinas Pallenae vrbes recent. Apollon. Schol. Παλλήνη δ' ι Θράκης καὶ πόλις, ὅθεν ἦν ντεὺς κανάςρα δὲ, ἀκρωτήριον τῆς λήνης. ESCH.

154. Apud noſtrum hic et aliis s ſemper α eſt in prima ſyllaba uo librorum conſenſu. Sed παλλήνης et λιπαάξα reponi etiam vult Holſten. ad Steph. Λίπαξ. GESN.

155. *Colonas*, quae hic memorantur, an Geographus alius memoret, non dixerim. Tanto minus iudicare auſim, vtrum epitheton ſit conuenientius ὀρεσινόμας an ἐλειονόμας; illud poſitionem montanam indicat, hoc paluſtrem, certe iniquam, quod Nympharum attributum eſt Apollo. 2, 823: graminis autem hic 1052. Periclymenus hic Neſtoris frater, quem in Argonautis ipſum quoque recenſet Valerius Flaccus. De vtroque fratre diligenter egit Burmannus. Sed nihilo mihi obſcurius, vtrum Ἀφνειὸν hic ſit proprium vrbis? quae ſint Colonae? quod epitheton ſitui illius aptius?

159. Σύγγονος Ἀλθαίης.] Ἀλθαία καὶ Ἴφικλος ἀδελφοὶ ἐκ Δηϊδαμείας τῆς περιήρες. Schol. Apoll. vnde etiam Iphiclus Meleagri μήτρως dicitur ab Apollonio. ESCH.

Ἀστερίων δ' ἐπέρησε πάϊς κλεινοῖο Κομήτου,
Πειρεσίην ὃς ἔναιεν ἐπ' Ἀπιδανοῖο ῥεέθροις·
Πηνειὸς μίσγων ξυνὸν ῥόον εἰς ἅλα πέμπει.
Εὐρυδάμας δ' ἐπόρευσε λιπὼν Βοιβηΐδα λίμνην,
Ἀγχόθι Πηνειοῖο καὶ εὐλαγέος Μελιβοίης.
Αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐλάτοιο πάϊς Πολύφημος ἵκανεν,
Ὅσφιν ἐν ἠνορέῃσι μετέπρεπεν Ἡρώεσσιν.
Ἠνειὸς Καινῆος ἀφίκετο, τὸν ῥά τε φασὶ
Μισγόμενον Λαπίθαις ὑπὸ Κενταύροισι δαμῆναι
Θεινόμενον πεύκαισι τανυφλοίοις τ' ἐλάτῃσι,
Καί οἱ ἀνατλῆναι καὶ ἀκαμπέα γούνατ' ἐρεῖσαι,
Z

162. Παρ. ὃς ῥ' ἐν. Voss. 163. F. πηνειῷ ὅς. V.N. ῥόον ἅλα AS.

161. Ἀστερίων.] Aut errat Apollodorus, aut libri corrigendi sunt in eo loco, vbi Argonautas recenset. Ἀστήριος Κομήτου dicit, falso. Ἀστερίων κομήτου legendum, nam Ἀστέριος δὲ καὶ ἀμφίων ὑπερασίου υἱεῖς. teste Apollonio l. I. v. 176. quo in loco neque Scholiasta verus est, nam eodem libro vers. 35. iam Auctor dixerat:

Ἤλυθε δ' ἀστερίων αὐτοσχεδόν· ὅν ῥα κομήτης
Γείνατο. etc. ESCH.

162. Πειρεσίην.] Vide Doctissimi Holstenii Notas ad Stephanum voce Ἀστέριον. vbi tamen non assentior ei circa locum paulo ante ex Apollodoro adductum, quin ipsum Stephanum de Asterio conditore huius vrbis dubitanter loqui, satis clarum est. ESCH.

163. Add. Holsten. ad Apollod. p. 363 Hoelzli. Caeterum post hunc versum quin vnus perierit, negat dubium esse Piersonus Verif. 2, 5 p. 194. Et non cohaerere orationem, etiam mihi liquet. Et potest fieri, vt desit versus in elogio Apidani forte consumtus: sed necesse non est. Quid enim si dedit auctor Πηνειῷ ὃς μίσγων κ. τ. λ. De re ipsa, Apidanum miscere aquas [illegible] Peneo, non est dubium, et os[illegible] dit charta Cellariana. Sed ne[illegible] repugnat consuetudini nostri poe[illegible] Πηνειῷ facere Dactylum: vt prior in τοίην corripuit v. 841 et [illegible] diam in δίκαιον H. 63, 6. Et [illegible] Μήδει' ἐνὶ στέρνοις incipit versum [illegible] 1020 αἶψα δ' αἰήτης illum clau[illegible] Add. H. 28, 12 Χαίρουσα πνοιῇσιν. F[illegible] 2. Sed etiam Od. Π, 442 editur, Ἡ[illegible] τέρῳ ἐπεὶ καὶ ἐμὲ κ. τ. λ. ne[illegible] repugnante. Denique ξυνὸν ῥ[illegible] ad praecedens μίσγων et ad seq[illegible] πέμπει referri, aut μίσγων po[illegible] ciproca s. media significatione [illegible] hil noui est.

165. Displicet Cl. Ruhnkeni[illegible] erit. 2, 71 epitheton εὐλαγέος, [illegible] nesciat, an Meliboea leporibus [illegible] darit, et an Grammaticis p[illegible] tur forma εὐλαγής. Reponit, [illegible] intercedat Ernestus noster [illegible] enim nos quoque hic Phoebu[illegible] malim ego omnes mihi emen[illegible] nes meas, quam meum Erne[illegible] eripi) εὐθαλέος, verbum bon[illegible] aptum: sed quod necessariu[illegible] nego. Primo enim, quidni d[illegible] εὐλαγὶς Meliboea vrbs ad r[illegible] Ossae sita, leporibusque oppo[illegible]

illuſtris Cometae F. venerat, qui Pireſien ad Apidani fluenta habitabat, qui Peneo ſe miſcens communem fluuium in mare mittit, Eurydamasque Boebeide palude relicta iuxta Peneum et abundantem leporibus Meliboeam. Deinde venit Polyphemus Elati F. qui virtute inter Heroas exſplendeſcebat. Eneus quoque Caenei F. aduenerat, quem aiunt Lapithis immixtum a Centauris eſſe interfectum, Taedis percuſſum et extento cortice abietibus. Ipſum tamen ſuſtinuiſſe haec, et genibus non flexis contra eſſe nixum, ſicque viuum

164. F. ἐπέρησε. Φοιβ. Aſ. 165. εὐπελαγέος Aſ. εὐθαλέος coni. Ruhnk. 171. F. Καί ἑ ἀνατλ.

non minus quam Εὔβοια, εὔιππος, εὔμηλος, εὔπωλος· quod vltimum eſt ipſius noſtri v. 59 vt Laguſſae inſulae, de quibus Euſtath. ad Ιλ. B, 625 p. 231, 35 καὶ νῆσοι Λαγοῦσσαι ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἐκεῖ λαγωῶν· ὡς ἀπὸ τοῦ λαγὸς τοῦ γραφομένου διὰ τοῦ ο μικροῦ. Fuerit igitur εὔλαγις, ἑος vel ἕως, vt νῆσις, εος, vel εως. Verum non diſſimulanda eſt Aſkaeani codicis lectio εὐπελάγεος, quae quam pulchre conueniat Meliboeae, Strabonem audiamus 9 extr. ſ. p. 305, 36. Τραχὺς δέ ἐστι ὁ παράπλους πᾶς ὁ τοῦ Πηνειοῦ, ὅσον σταδίων ὀγδοήκοντα· τοσοῦτος δὲ καὶ τοιοῦτος καὶ ὁ τῆς Ὄσσης. Μεταξὺ δὲ κόλπος πλειόνων ἢ διακοσίων σταδίων, ἐν ᾧ ἡ Μελίβοια. Inter litora aſpera nauibus eſt ſinus, in eoque ob id ipſum tranquillitas, opportunitas. Ad hunc ſita Meliboea, quidni dicatur εὐπελαγής. Synizeſis in terminatione neminem, qui non nimium ſit hoſpes, offendet.

167. Ὁ hic praepoſitiuum articulum accipio relatiue poſitum pro ὅς, niſi mauis legendum etiam eſſe οἷ σφιν, quod certe neceſſarium non eſt. Deinde σφιν relatiue poſitum pro αὐτοῖς vt Ιλ. A, 114 ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων, pro αὐτῆς. Porro ipſum quoque αὐτοῖς hic abundaret. Sed plura talia in hoc carmine ſunt, in quibus reciprocum pronomen redundare videtur more Orientalium ſuffixorum, aut illius Romani, *Hunc ſuo* ſibi *gladio iugulo*, aut cum quidam noſtrorum, *Sie hat ihres Mannes* ſeinen *Hut aufgeſezt*. Inſpiciat, qui voluerit, Indicem noſtrum Orphicum in ἑ, οἱ, σφίν, σφῆσιν.

168. Τὸν ῥά τε φασί.] Hiſtoriam ſeu Fabulam potius vide ap. Apollonium lib. I. v. 59. ſeqq. ESCH.

171. Oſtendi, mihi videri pro οἱ legendum ἑ, quae ſententia in interpretatione expreſſa eſt. Si quis vero omnino retinere literas omnes velit, ἀνατλῆναι referat ad γένατα, h. m. Genua illa vigida et inflexilia *ipſi* Caeneo ſuffeciſſe aduerſus Centauros, et contra nixa eſſe. Non poſſum vero facere, quin duo certe Apollonii verſus huic loco adſcribam, quos cum Orphicis ſtatim componere ſtudioſi poſſint, nempe 62 et 63 Οὔτε μὶν ἐγκλῖναι προτέρω σθένον, οὔτε δαΐξαι· Ἀλλ' ἄρρηκτος, ἄκαμπτος, ἐδύσετο νειόθι γαίης Θεινόμενος.

Ζωόν τ' ἐν φθιμένοισι μολεῖν ὑπὸ κεύθεα γαίης.
Ἄδμητος δ' ἀφίκανε Φεραιόθεν, ᾧ ποτε Παιὰν
Θητεύων ὑπόεικε· Διὸς δ' ἠλεύατο μῆνιν,
Οὕνεκά τοι Κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν οἰςοῖς
Ἐν φθιτοῖσιν ἔτευξ', Ἀσκληπιοῖο εἵνεκα λώβης.
Ἤλυθε δ' Ἀκτορίων Ἶλυ παῖς Ἀκτορίωνος,
Τρηχείην Ὀπόεντα λιπών· σὺν δ' ἤλυθεν Ἴδας,
Λυγκεύς θ', ὃς τήλιςα δι' αἰθέρος ἠδὲ θαλάσσης
Βένθεα, καὶ Πλυτῆος ὑποχθονίοιο βέρεθρα
Μῦνος ἀπ' ἀνθρώπων δεινοῖσιν ὀπώπεεν ὄσσοις.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Τελαμὼν συνεφέσπετο, τόν ῥ' ἐλόχευσε
Αἰακῷ ἀτρύτῳ κούρη κλυτοῦ Ἀσωποῖο
Αἴγιν' ἐν κροκάλησιν ἁλιςεφέος Σαλαμῖνος.
Δὴ τότ' Ἄβαντος παῖς νόθος ἤλυθε καρτερὸς Ἴδμων
Τόν ῥ' ὑποκυσσαμένη τέκεν Ἀπόλλωνι ἄνακτι
Ἀμβρόσιον παρὰ χεῦμα Φερητιὰς Ἀντιάνειρα.
Τῷ καὶ μαντοσύνην ἔπορε καὶ θέσφατον ὀμφὴν
Φοῖβος, ἵν' ἀνθρώποισιν ἀρηρότα μυθίζοιτο.
Ἤλυθε δ' αὖ μετὰ τοῖσι Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος,
Σύγχορτος Μινύαις· ἐπὶ δ' ἤλυθε δῖος Ὀϊλεύς.

Φλία

172. φθιτοῖσι coni. Pierſ. V. Not. 176. φθιμένοις coni. Pierſ. V. N. 177. εὐρυτίων ἶρυ coni. Burm. V. N. 179. Λιγγεὺς Voſſ.

173. ᾧ ποτε παιάν.] Hiſtoria nota eſt. vid. tamen Apollodo. lib. III. (c. 10. p. 199) ESCH.

176. Metrum poſtulat, ait Pierſonus Veriſ. p. 108, vt ſcribamus ἐν φθιμένοισιν, vt paullo ante v. 172. Sed cum videam diſputari ad Od. Λ, 329 καὶ νὺξ φθῖτ' ἄμβροτος num legendum ſit, an φθᾶτ'? cum ἀποφθίμην penultima longa edatur Od. K, 51. liceat hic etiam retinere φθιτοῖς, aut ſi omnino medicina opus ſit, legere φθατοῖς vt ἀποφθάμην quidam apud Homerum.

177. Ἤλυθε δ' ἀκτορίων ἶλυ παῖς.] Scribe ἶρυ παῖς· ἄκτορος δὲ υἱοὶ μενοίτιος καὶ ἶρος. ESCH.

177. Metuo ne profundius h locus vulnus habeat. Burmann in Catalogo Argonautarum, que vno velut tenore, et collatis int ſe auctoribus, contexuit, ita p tat legendum, Ἤλυθε δ' Εὐρυτί Ἶρυ παῖς Ἀκτορίωνος. Eurytione in Argonautis habent alii Iri F. q Irus Actorides fuit ſ. Actorion, Ac ris F. GESN.

182. De vſu τῆς ἐπεὶ pro ἔπει vid. ad v. 675.

185. Νόθος.] Οὐ μὲν ὅγ' ἄβαντος ἐτήτυμον· ἀλλά μιν αὐτ Γείνατο κυδαλίμοις ἐναρίθμιον αἰο δησιν Λητοΐδης. Apollon. (1, 142 ESCHENB.

1(

viuum inter mortuos ſub telluris caua iſſe. Admetus autem Pheris aduenerat, cui quondam Paean ſeruiens ſe ſubmiſerat, cum Iouis iram fugeret, propterea quod inuictis ſagittis *ſuis* Cyclopas morti dederat ob iniuriam Aeſculapio *Iouis iuſſu* ab iis illatam. Venerat etiam Actorion Ili Actorionis F. aſpera Opunte relicta, et cum eo Idas Lynceusque, qui longiſſime per aetheris ac maris profunda, perque inferi Plutonis barathra ſolus hominum acribus oculis proſpiciebat. Deinde vero Telamon ſecutus eſt, quem inuicto Aeaco pepererat Aegina, incliti Aſopi filia, in litoribus cinctae mari Salaminis. Iam tum venerat nothus Abantis filius Idmon, quem ex illo ſuſceptum regi Apollini Amphryſi ad fluuium Antianira Pheretis F. peperit, cui et diuinationem et vocem fatidicam dedit Phoebus, vti conuenientia hominibus eloqueretur. Cum his venerat etiam Menoetius Opuntius conterminus Minyis, et inſuper nobilis Oileus, itemque Phlias incli-

180. ὑποχϑ. ῥέεϑρα Voſſ. 182. ἐλόχευσε Voſſ. 184. κροκάλοισιν Voſſ. ἀλιστρεφ. ſphal. Eſch. 186. ὑποκυσα. Voſſ. et edd. ante Steph. 187. Ἀμφρύσῳ felix coni. Heringae Obſ. 10 pag. 84. Φερετ. ſph. Eſchenb. 191. Σύγχωρος Voſſ. σύμφορτος coni. Steph.

191. Σύγχορτος.] Videnum σύμφορτος. q. d. Acceſſit onus naui vna cum Minyis; vel ſarcina: qua voce vtitur hac etiam in re Ouidius, vt, Accedam profugae ſarcina parua rati, Triſt. 1. El. 3. Sic et in Epiſt. Briſeidis ad Achillem, Non ego ſum claſſi ſarcina magna tuae. Qui autem hoc opus carmine reddidit, (quem videmus foedissima pleraque menda aut non animaduertiſſe, aut ad ea conniuere voluiſſe) vertit Vicinus, legens fortaſſe σύγχωρος, et iungens cum ἐπὶ δ' ἤλυϑε δῖος Ὀϊλεύς· ita enim reddit, Vicinus Minyis venit ipoque diuus Oileus. H. STEPH.

191. Σύγχορτος] Stephanus legi vult σύμφορτος. Interpretes legere σύγχωρος. Ego Stephani lectionem praeferrem. ESCHENB.

191. Nihil mutandum. Modo opus eſt, vt intelligamus, qui ſint σύγχορτοι. Paulo curioſius hoc agamus. Χόρτος αὐλῆς Ἰλ. Λ, 773 et Ω, 640 eſt conſeptum aulae. Ad priorem locum Euſtathius p. 835, 49 οἱ μὲν περιορισμόν φασι καὶ τὴν περιοχὴν, οἱ δὲ τὸ χώρημα τῆς αὐλῆς, ὃ καὶ μέσαυλον ἀλλαχοῦ εἶπε. Ad poſteriorem minor Schol. περιφράγματα τῆς αὐλῆς vocat. Ex Etymol. M. Phauori. Χόρτος αὐλῆς ὁ τῆς αὐλῆς ὅρος. Eſt igitur χόρτος *Chors* vel

Φλίας δ' ἐξίκανε περικλυτὸς, ὅν ποτε Βάκχῳ
Νύμφη ὑποκλινθεῖσα παρ' Αἰσήποιο ῥοῇσι
Τίκτεν, ἄμωμον ἔχοντα δέμας καὶ ἐπίφρονα μῆτιν.
Κηφεύς τ' Ἀρκαδίηθε μεθ' Ἡρώεσσι πελάσθη.
Ἀγκαῖον δ' αὖ ὅμιλον ἀπ' Ἀρκαδίης πολυμήλου
Πέμψε πατὴρ γηραιὸς ἐπὶ πλόον Ἀξείνοιο·
Οὗτος δ' ὄυποτε χλαῖναν ἐπὶ στιβαροῖς βάλεν ὤμοις,
Ἀλλ' ἄρκτου λάσιον στέρνοις ἀμπίσχετο δέρμα.
Ναύπλιος αὖθ' ἵκανεν, Ἀμυμώνης φίλος υἱὸς,
Ὃν τέκεν εὐνηθεῖσα περικλυτῷ ἐννοσιγαίῳ,
Ἀγλαὸν ἠνορέην, δέμας εἴκελον ἀθανάτοισι.
Ταιναριεὺς δ' Εὔφημος ἔβη, Μελεάτιδος ἄκρης
Ἐκπρολιπὼν αὐλῶνας, ἁλικλύστους τε Θεράπνας.
Ἀγκαῖός τ' ἔμολε Πλευρώνιος, ὅς ῥα πορείας
Οὐρανίας ἄστρων ἐδάη, κύκλους τε πλανήτας.
Δίζετο γὰρ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμεν' ἀνθρώποισιν.
Ἐν δὲ Παλαιμόνιος Λέρνου νόθος ἤλυθεν υἱὸς·
Σίνετο δὲ σφυρὰ δισσὰ, πόδας δ' οὐκ ἦεν ἀρηρώς·
Τοὔνεκεν Ἡφαίστοιο γόνον καλέεσκον ἅπαντες.
Ἤλυθε δ' Ἀλφειοῖο λιπὼν Πισάτιδας ὄχθας
Αὐγείη

192. ἐξαφίκανε coni. Her. ποτε νύμφη Βάκχῳ Voss. 193. Ἀσώποιο Chiu. it. coni. Esch. 202. ἴκελον a correctore Voss.

vel *Cohors* Romanorum, et idem antiqua ratione *Hortus.* Iam Euripidea Andromache v. 17 *Φθίας δὲ τῆσδε, καὶ πόλεως Φαρσαλίας Σύγχορτα ναίω πεδί' ἵν' ἡ θαλασσία Πηλεῖ ξυνῴκει - Θέτις.* Aperte *vicinos* campos dicit: et *σύγχορτα τὰ ὅμορα* interpretatur Schol. Eadem ratione adhibet Euripides Herc. fur. 371. Ad vtrumque autem locum copiosus est Barnesius. Verbo, dubium nullum est, quin *σύγχορτος* sit conterminus et finitimus. Iam Opuntios Orchomeniis Minyis conterminos fuisse, et ipsum vel coniectu oculi in Cellarianam chartam patet. *Σύγχωρος* forte ex Glossa est, certe a Critico. GESN.

192. Non attulit rationem C Heringa Obs. 10 p. 84 cur malit h legi *ἐξαφίκανε*, nec causam mu tandi ego video. Vsum verbi doc Index noster, prima verbi simpl cis vocalis producitur augmenti loc

193. *Αἰσήποιο ῥοῇσι.*] Lege *Ἀσω ποῖο*, ita Apollonius et alii, q etiam *Φλέας*, non *Φλίας* scrib *Αἴσηπος* inferius occurrit v. 486. ibi locum habet. Sed et circa ha scripturam alibi quoque peccat v. g. in versibus Antimachi lib. I Epigr. Gr. *βωμὸν δέ οἱ εἴσατο πρ τος Ἄδρηστος ποταμοῖο παραὶ ῥ αἰσωποῖο.* pro *Ἀσώποιο.* ESC

193. Immani terrarum et m riu

inclitus, quem quondam Baccho ſuccumbens Nympha ad Aeſepi fluenta pepererat, corpus habentem labis omnis expers et prudens conſilium. Cepheus quoque ex Arcadia ad Heroas acceſſit *ſponte;* ſed Ancaeum ad illam cateruam ex pecoroſa Arcadia ad expeditionem in Axinum ſenex pater miſerat. Nunquam ille chlaenan robuſtis iniiciebat humeris, ſed hirſutam vrſi pellem pectori induebat. Nauplius poſt venit Amymones F. quem ex concubitu cum inclito terrae concuſſore pepererat, virtute inſignem, corpus ſimilem immortalibus. Tum Taenarienſis Euphemus aderat Malcatici promuntorii relictis aulonibus (*conuallibus*) allutisque mari Therapnis, Ancaeusque Pleuronius, qui meatus aſtrorum caeleſtes didicerat, errantesque orbes: *ſic* enim inquirebat in praeſentia pariter et quae *poſt* euentura eſſent hominibus. In his Palaemonius quoque venerat, nothus Lerni filius. Is vtrisque captus malleolis pedibus non valebat, qua de cauſa Vulcani filium omnes vocabant. Veneratque Piſatidibus ab Alphei ripis Augeas ignei Solis F. Verum

203. μαλεάτ. a correctore Voſſ. Et ſic Holſt. ad Steph. Byz. 204. θεραπεύσας Voſſ. 208. Σὺν δὲ coni. Pierſ. Veriſ. p. 107. Vid. ad 153. 211. πισιδάτιδας omnes.

tium interuallo diſtant Aſopus Boeotiae fluuius, Bacchi patriae, et Aeſepus ille Myſiae, Homero celebratus. Nec dubito illum huic loco conuenire melius, Aeſepum vero librario vel Critico antiquo notiorem, in illius locum huc irrepſiſſe. Sed contra omnes libros diſputare hic malo, quam in repraeſentando contexto illis repugnare. Chiuaeano exemplo adſcriptum Ἀσώποιο, ſi certus fuiſſem, eſſe e Mſ. recepturus fueram ſine haeſitatione. GESN.

200. Ναύπλιος.] Vide Apollon. I. v. 133. ESCH.

203. Μελεάτιδος.] Reſcribe Μαλεάτιδος. ESCH. iubente etiam Holſt. ad Steph. h. v. GESN.

211. Πισάτιδας ὄχθας.] Πίσα, πόλις καὶ κρήνη τῆς Ὀλυμπίας, τὸ ἐθνικὸν, Πισάται, inquit Stephanus. Apparet igitur hoc in loco pro Πισιδάτιδας legendum eſſe Πισάτιδας. ESCHENB.

211. Hic vero dubitare non licuit, quin nimis aperte vitioſam et repugnantem ſibimet lectionem omnium librorum permutarem cum vnice neceſſaria. Steph. Byz. Πίσα τὸ ἐθνικὸν Πισάται· τὸ θηλυκὸν Πισάτις. Vbi etiam h. l. emendari iuſſit Holſtenius. Apud Pind. Ol. 4, 20 eſt ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς Πισάτιδι.

Αὐγείης υἱὸς πυριφεγγέος ἠελίοιο.
Καὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἧκον,
Ἀμφίων κλυτόφημος ἰδ' Ἀςέριος μενεχάρμης,
Πελλήνην προλιπόντ' ἠδ' ἤθεα πατρίδος αὐῆς.
Δισσὸν δ' αὖ Βορέου καλὸν ςάχυν εἰσενόησα,
Οὓς τέκ' Ἐρεχθῆος θεὶου κλυτὴ Ὠρείθυια,
Ἰλισσοῦ παρὰ χεῦμα, θεοῦ φιλότητι μιγεῖσα·
Οἳ δὴ καὶ ταρσοῖσιν ὑπουατίοις πεπότηντο,
Ζήτης καὶ Κάλαϊς, δέμας εἴκελοι ἀθανάτοισιν.
Αὐτὰρ δὴ Πελίαο Φεραιόθεν ἦλυθ' ἄνακτος

Ἀγχι-

212. Αὐγίνης Chiu. 213. Ναὶ μὴν Voss. 215. προλιπόντες Voss. ἰδ' ἤθεα PAC. προλιπόντ' δ' ἰήθεα Iunt. F. προλιπόντες ἰδ' ἤθεα.

Pisidatidas somniandi occasionem librario dederunt Pisidae, barbari Ciliciae vicini. GESN.

213. *Καὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες.*] Ita Aristophanes in Θεσμοφορ.

- - - Θηροφόνε παῖ
Λατοῦς χρυσώπιδος ἔρνος.

Vide Bisetum ad illum locum. Oppianus lib. I. Κυνηγ. Αὐσονίη Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε. vbi non exscribo ea, quae ad hunc locum obseruauit illustre Academiae Noricae, dum viveret, decus, Rittershusius, sed lectorem potius ad eius commentarios in Oppianum remitto. ESCH.

216. *Δισσὸν δ' αὖ Βορέου.*] De his vide, sis, Apollonii Schol. ad lib. I. v. 211. ESCH.

219. Mirum est, quas tenebras versionum auctoribus vel emendatoribus obiecerit mala diuisio vocis compositae, quae tamen nihil insolens haberet: quis enim ὑποχόνδρια non nouit et ὑπογάστριον? Quis non vidit capita Mercurii, Romaeque alata in numis? Merito castigauit illos ὁ πάνυ Wesselingius Probab. 9 p. 78 vbi etiam Barthianam emendationem reiicit, Καὶ ταρσοῖσι καὶ εὐταρσίοις vel ἰκατίοις, et laudat numum de Selectis Wildianis Tab. 7, 39 quo Calais videtur cum capite alato repraesentari. Nempe totam poeticorum ingeniorum luxuriem de fratrum horum alis ibi persequitur.

221. Acasti mentionem Pelei F. hic esse necessariam, apparet. Itaque ἄνακτος in ἄκαςος mutant viri docti a G. Cantero inde Nouar. lectt. 5, 5, et Ger. Vossio ad Val. Fl. 1, 485. Tum etiam integrum versum librarii culpa abesse iudicat Pierson. Verisr. 2, 5 p. 194, quem, vt alios nostri et aliorum versus, diuinatione non infelici explet in hunc modum, vt post 221 ponat Κοῦρος ἐὼν ἔτ' Ἄκαςος, Ἰήσονος Αἰσονίδαο Ἀγχιςεὺς κ. τ. λ. Ita ἀγχιςεὺς retinet significationem iuris Attici, qua consanguineum notare volunt, non filium, pro qua pugnat in primis Valckenarius V. C. ad Ammon. 1, 1 p. 5 seq. Ac nomen ἄνακτος quidem auferri Peliae sine causa, et ego nolim, quod ille imperio Iasonem ad expeditionem suscipiendam adegit, et, vt ait

Pier-

Verum etiam geminae subolees labis expertes aderant, inclitus fama Amphion, pugnisque gaudens Asterius, Pallene relicta, et patriae terrae sedibus. Geminam quoque Boreae praeclaram subolem cognoui, quos Orithyia inclita diuini Erechthei F. peperit, quum Ilissi ad vndas Deo amore mista fuisset, quique alis sub aures enatis volabant, Zeten *dico* et Calain, similes corpus immortalibus. Verum et Peliae ex Pheris venit Acastus proximus (*filius*), naui enim Argoa gaudebat

217. κλυτῦ Voss. 218. Εἰλισσῦ Voss. F. θεῷ φιλ.
219. ὑπ' ἐατίοις omnes. 221. F. ἤλυθ' ἄκαστος V. Not.

Piersonus, κατ' ἐξοχὴν hic rex est. Verum cedat tamen nomini ipsius Argonautae, cuius maior videtur necessitas: legamus, Φεραιόθεν ἤλθεν Ἄκαστος. At illud durius, pro Αὐτὰρ δὴ Πελίαο legere cum Valckenario Αὐτὰρ δ' Αἰσονίδαο φ. η. Ἄκαστος, vt Acastus non a patre describatur, sed a fratre patrueli et patruo, quo nomini ἀγχιστεὺς sua seruetur legitima significatio. Aut valde fallor ego, aut ἀγχιστεὺς est hic filii cum δεινότητι quadam appellatio, quod pulchre etiam monuit in Catalogo Burmannus. Est enim profecto ἀγχιστεὺς *proximus:* quis autem propior filio? Vera sunt et exquisita, quae de illa legitima significatione docuit Valckenarius. Sed hoc calidius, quod filium patris ἀγχιστέα nulla ratione dici potuisse pronunciat. Quidni enim iure suo poeta naturali primaque nominis vtatur significatione, quam plerumque etymologia ostendit? Est praeterea locus Aristophanis Ορν. 1660 huc, nisi fallor, accommodatus, vbi Pisthetaerus rabula Herculi controuersiam mouet de Iouis patris sui hereditate, atque Ἐρῶ δὲ δή, inquit, καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον, Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων. Ἐὰν δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγγυτάτω τῦ γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων. Ergo nothus, h. e. ex matre non ciue Attica natus, patris sui, si is ex ciue natos liberos non habeat, ἀγχιστείαν habet, s. est patris sui ἀγχιστεύς. Sicut igitur nihil dubitant Theologi, apud Zachariam Prophetam 13, 7. גבר עמיתי quod coniunctum, πλησίον, necessarium, notat, interpretari de filio Dei: ita non video, cur poeta non potuerit Acastum, qui clanculum inuito patre se Iasoni, quem iste volebat perdere, adiunxerat (Val. Fl. 1, 163 et 484) δεινότητος cuiusdam causa ἀγχιστέα vocare? Sic poterat Saulus conqueri de Ionathane, ἀγχιστεία se suum Dauidi coniunxisse. Quis neget Ebraeorum iure Goëlem etiam vel maxime esse posse filium? (v. Selden. de I. N. e. G. 4, 1 extr.) Sed οἱ ὁ semper, nec nunquam Philo ἀγχιστέας et ἀγχιστεύοντας nomine in ea re vtuntur. Ne nimis in vno loco haeream, Ger. Horrei viri docti conatus, animadu. 1, 13 propositos examinandos aliis sciens ac lubens relinquo.

Ἀγχιςεύς. νηὸς γὰρ ἐπ᾽ Ἀργώας γεγένητο
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ᾽ ἡρώεσσιν ἐλάσσαι.
Σὺν δέ οἱ ἦλθ᾽ ἕταρος Ἡρακλέεος θείοιο
Καλὸς Ὕλας· τὸν δ᾽ ὅπω ὑπὲρ δροσεροῖο γενείȣ
Ἀργεννῆς ἐρύθηνε παρηΐδος ἄβρὸς ἴȣλος,
Ἀλλ᾽ ἔτι κȣ̃ρος ἔην, πολὺ δ᾽ ἥνδανεν Ἡρακλῆϊ.
Οὗτοι μὲν ποτὶ νῆα καὶ ἐς λόχον ἠγερέθοντο.
Καί ῥά οἱ ἄλλοθεν ἄλλος ἐκέκλετο, ἠδ᾽ ἀγόρευε,
Δεῖπνα δ᾽ ἐπορσύνοντο πολυξείνοιο τραπέζης.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιο ποτȣ̃ θ᾽ ἅλις ἔπλετο θυμὸς,
Ἥμενοι ἑξείης πόθεεν μέγα ἔργον ἕκαςος.
Ἀνςάντες δ᾽ ἅμα πάντες ἀπὸ ψαμάθοιο βαθείης
Ἤϊεν, ἔνθα τ᾽ ἔμιμνεν ὑπὲρ ψαμάθȣ ἁλίη ναῦς,

Τὴν

222. F. λελίητο V. N. 223. F. ἡρώεσσι πελάσσαι V. N. 224. ἕταρως Voss. 226. Sic Chiu. Ἀργεννῆς ἐρύθην παρ-

222. Verbum *γεγένητο* non sine caussa suspectum est Cl. Valckenaerio. Quae enim haec constructio, *ἦλυθε· γεγένητο γάρ· venit* in nauem: *fuerat enim in naui?* Huic duplicem medicinam circumspicit l. c. Clarissimus Valckenaerius, *ἐγεγήθει*, vel *λελίητο*, puchre aptam vtramque huic loco, Homericam vtramque: sed quarum posteriorem praetulerim, cum propius ad formam literarum accedat.

223. *Πελάσσαι* pro *ἐλάσσαι* reponit Valck. de qua emendatione Cl. Piersonus pronunciat, Neminem sanum esse, qui dubitet. Edictum hoc amori atque admirationi praeceptoris, et viri, cui merito assurgunt, qui studia haec amant, facile condono: puto tamen, non male me de studiosis, et ipso ante omnes Clarissimo Viro meriturum, si rationem tarditatis meae in recipienda etiam probabili correctione reddam, cuius me vix vnquam, celeritatis autem saepe, poenituit. Fateor igitur speciosum mihi videri, ac facile, Orphicum, illud *πελάσσαι*· sed nec *ἐλάσσαι* hoc scriptore et hoc loco indignum. Nondum obseruaui, fateor, *ἐλάσαι* simpliciter, vel apud nostrum de itinere quocunque, vel apud alium de accessu nautico dictum. De equitantibus, currum agentibus, ducentibus exercitum, frequens est. Sed forte multa sunt huius generis, ideo non damnanda, quod ego non obseruaui, vel ipse adeo Valckenaerius. Deinde sunt tamen quae persuadeant, nauigationi non magis repugnare hoc verbum, quam *πελάσαι*. Primum omnium verbo *ἐλαύνειν* et coniugatis locum esse ac domicilium in nauigatione, ipsum *ἐλάτης* nomen suadere videtur, quod cum remum significet haud dubie, obscurum certe est, vtrum a materie sua Remus dictus sit *ἐλάτη*, an Abies arbor nomen suum ab hoc vsu acceperit. Eustathius certe ad illud Ιλ. Η, 5 *ἐπεί κε κάμωσιν ἐϋξέςῃς᾽ ἐλάτῃσι Πόντον ἐλαύνοντες*, inuenit et obseruat *ἐτυμολογίαν ἐν*

τῷ

bat inhospitalem ad Caucasum ire cum heroibus. Cum illo venit amicus diuini Herculis pulcher Hylas, quem nondum supra mentum roscidum (225) tenera genae candidae lanugo rubefecerat; sed, puer adhuc, valde placebat Herculi. Atque hi quidem ad nauem in caternam vnam colligebantur, et aliunde adueniens alius compellabat alium atque alloquebatur, conuiuiaque hospitalis mensae sibi inuicem praebebant. (230) Sed postquam cibi potusque satur fuit animus, deinceps sedentes magnum opus *suum aggredi* vnusquisque cupiebat. Quumque de profunda simul omnes arena surrexissent, ibant, vbi super arenam marina nauis colloca-ta

νῆθεν V. N. 229. ἔγκέκλ. Ald. Iunt. ἐνέκλ. Cr. et Esch.
ἀγόρευεν Voss. 232. ἐξῆας sphalma commune.

τῷ ἐλάτης ἐλαύνοντες. Et qui πόντον ἐλαύνει, nonne eadem etiam ἐλαύνει νῆα? Deinde vnde nisi ab hoc verbo ducta sunt κωπηλάτης, κωπηλατεῖν, κωπηλασία; quid sibi vult νεηλάτης apud Hesychium? ipse quidem interpretatur ὁ ἰθύνων καὶ ἐλαύνων τὸ πλοῖον. Pollux I, 123 coniungit ἐξορμᾶν, πλεῖν, ἐκπλεῖν, περιπλεῖν, διεκπλεῖν, ἀπελάσαι τὴν ναῦν. Denique Pindarus Isth. E, 48 musam suam cum excitet, ἔλα νῦν μοι πεδόθεν, vetus Scholiastes κατὰ μεταφορὰν, inquit, ἀπὸ τῶν νεῶν, πρόαγε εἰς τοὔμπροσθεν.

226. Ἀργεννεὴς] Si nihil nos diuinare vetat in ita desperatis locis (quid enim quaeso vetet?) dixerim hic legendum, Ἀργεννὰς ἐρύθαινε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος, pro Ἀργεννεὴς ἐρύθην παρηΐδος ἁβρὸς ἴουλος. Sed ita legendo, vellem in proxime praecedente versu τὸν mutari in τῷ. Verum parum fidei huic meae diuinationi, seu coniecturae ipsemet adhibeo. H. STEPH.

226. Ἀργεννεὴς etc.] Locum corruptum esse, certum est, nec quo melius restitui possit, quam H. Stephanus eum restituit, video. ita ergo cum Stephano legendum.

- - - - Τῷ δ' ἔπω ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου
Ἀργεννὰς ἐρύθαινε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος. ESCH.

226. Iam ita constituendum notaueram hunc versum, cum commodum Chiueani libri auctoritas dubitationem mihi sustulit. GESN.

231. Αὐτὰρ.] Non dubito quin suspectus sit multis hic locus, sicut et mihi fuit, credenti potius legendum θυμῷ: sed eodem modo et infra scriptum habemus, v. 404. Ἀλλ' ὅτε δὴ δόρποιο ποτοῦ θ' ἅλις ἔπλετο θυμός. H. STEPH.

231. Rescribendum etiam mihi videbatur θυμῷ. Sed eadem, qua Stephanus, ratione manum continui. GESN.

232. Ἥμενοι ἐξάης.] Ita lege, non ἐξῆας cum Stephano. ESCH.

234. Ἤιον.] Ita legunt editiones et interpretes, qui postremi reddunt: *Viaticum illic exspectauit super arenam marina nauis.* Sed quis

Τὴν ῥά ποτ᾽ εἰσορόωντες ἐθάμβεον· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἄργος ἐφημοσύναισι νόυ πόρσυνεν ὀχλίζειν,
Δυρατέαισι φάλαγξι καὶ εὐστρέπτοισι κάλωσι
Πρυμνόθεν ἀρτήσας. κάλεεν δ᾽ ἐπὶ μόχθον ἱκάνειν
Πάντας, κυδαίνων. οἱ δ᾽ ἐσσυμένως ὑπάκουσαν·
Τεύχεα δ᾽ ἐκδύνοντο, περὶ στέρνοισι δ᾽ ἀνῆπτον
Σειραίην μήρινθον. ἐπέβριθεν δὲ ἕκαστος,
Αἶψα θοὸν ποτὶ κῦμα κατειρύσαι εὔλαλον Ἀργώ.
Ἡ δέ οἱ ἐγχριφθεῖσα ποτὶ ψαμάθῳ βεβάρητο,
Αὐαλέοις φυκέεσσιν ἐρυκομένη ποτὶ χέρσῳ,
Ἡρώων παλάμῃσιν ὑπὸ στιβαρῇσιν ἀπειθής.
Παχνώθη δ᾽ αὖ θυμὸς Ἰάσονος· αὐτὰρ ἔμοιγε
Νεῦσεν ὀπιπτεύων, ἵνα οἱ θάρσος τε βίην τε
Μολπῇ ὑφ᾽ ἡμετέρῃ κεκμηκόσιν αἰὲν ὀρίνω.
Αὐτὰρ ἐγὼ φόρμιγγα τιτηνάμενος μετὰ χερσὶ,
Μητρὸς ἐμῆς ἐκέρασσ᾽ εὐτερπέα κόσμον ἀοιδῆς,
Καὶ οἱ ἀπὸ στηθέων ὄπα λείριον ἐξελόχευσα,
„Ἔξοχον Ἡρώων Μινυήϊον αἷμα γενέθλης,

„Εἰδ᾽

236. ἐφ — ησι Voss. 237. Δυρατέεσσι Voss. 241. δ᾽ ἄρ᾽ ἐκ. Voss. 243. Οἱ δέ οἱ sph. PAL. ἐγχριμφθ. Voss.

quis non aduertit puerilem sententiolam? mallem ego ἤϊον. Notum enim est, veterum nauigia extra vsum et in hyeme non in aqua detenta fuisse, vt cum nostris hodie fit, sed extracta et in sicco collocata tantisper, donec vsus posceret, vt vndis redderentur, quod cum ex aliis, tum vero ex nostro passim videre est. ESCH.

234. Scrupulus hic aut difficultas obiici non potest, nisi Homericum ἤϊον, *ibant*, ignoranti aut oblito. Equidem malui emendare quantum licuit interpretationem Latinam, h. e. scribere, quasi nondum esset alia, quam annotationes de vitiis interpretum scribere. GESN.

237. Δυρατέαισι φάλαγξι.] Hesychius: φάλαγγες, πολεμικοὶ τάξεις, ἀπὸ τοῦ πέλας ἀλλήλων εἶναι, καὶ τὰ τῶν δακτύλων ἄρθρα, καὶ νεῶν ὑπεράσματα. ESCH.

Κάλωσι.] Funes nauticos recenset Apollonii Scholiasta ad lib. I. v. 566. quem, si lubet, vide. ESCH.

242. De loquela, Argo naui adtributa, dicam aliquid ad 264. Loca nostri vbi loquens introducitur, indicat Index V. Ἀργώ.

243. Ἡ δέ οἱ ἐγχριφθεῖσα.] Lege ἐγχριμφθεῖσα. ESCH.

243. Illud ἐγχριφθεῖσα non est simpliciter ab errore librarii: sed, nisi fallor, ab acumine Grammatici, qui vellet indicare, illud μ ante φ, ex ν ortum, esse pleonasticum modo, et melius abesse. Eustathius ad Ιλ. Α, 46 p. 30, 20 ἀμβροσίαν, χρίμπταν, ῥίμφα, κόμπος, κομψὸς

ta erat, cuius ſane adſpectu obſtupuere: ſed mox animi ſui inſtinctu Argus mouendae illius rationem ſuppeditauit ligneis palangis et bene tortis funibus, quos e puppi alligauerat, iuſſitque ad laborem accedere omnes gloria oſtendenda: illi effuſe obtemperant, armisque exutis circa pectus ſibi alligant catenae inſtar funem, vrget vnusquisque celeriter rapidam in vndam vt traherent loquacem Argo. At illa inhaereſcens in arenam pondere deprimitur, aridis algis prope terram implicita, ſub fortibus Heroum manibus non obſequens. Diriguit rurſum Iaſonis animus, ac mihi adſpectu innuit, vt robur viresque meo cantu ſubinde fatigatis excitarem. At ego lyram intendens manibus, delectabile decus carminis matris meae admiſcui, dulcemque *hanc* e pectore vocem protuli: Heroum inſignis Minyae propaginis ſanguis, eia age, nunc

244. *Φυκίεσσι — κίρσον* Voſſ. 246. *αὐτὰρ ἔπειτα* et mar. *ἔμοιγε* Voſſ. 249. *περὶ χερσὶ* et mar. *μετὰ* Voſſ. 251. *χάριον* ante Steph. *λάριον* Chiu. 252. *μειήϊον* Voſſ.

ψὸς, πίμπλασθαι, κατασπιμπρᾶν πλεονασμὸν ἔπαθον τῆ ν διὰ σεμνότητα φωνῆς. Hoc facilius admittam illa etymologia, quam ponit ad Δ, 237 p. 356, 18. *ἐν χρῷ πελάζειν.* Quod eſt de illo *οἱ*, *ἡ δέ οἱ ἐγχριμφθᾶσα*, puto illud abundare quidem, ſed relationem tamen habere ad *ψαμμάθῳ*. Vid. diſſertatiunculae de hac vocula *οἱ*, Indici ſuo loco intexta n. 3. GESN.

244. *Αὐαλέοις φυκίεσσιν.*] Vide Plinium lib. XIII. cap. XXV. ESCHENB.

Multa ibi de fuci ſ. algae generibus. Sed ego cupiebam mihi monſtrari tantam illius copiam, quae nauem irretiret. GESN.

247. Hic illud redundans *οἱ* eſt *ſibi* h. e. in ſui gratiam: vt noſtri, *Gib mir doch dem Kerl ein paar Ohrfeigen.* V. Diſſ. modo cit. n. 1. Sic ſtatim ponitur v. 251.

251. *Καί οἱ ἀπὸ.*] Vulg. editiones *χείριον* habent: ſed *λείριον* reponere non dubitaui, ne non religioni id, ſed ſuperſtitioni tribueretur. Fateor tamen, non meminiſſe me lectum mihi alibi eſſe *ὄπα λείριον* pro eo, quod Homerus dicit *ὄπα λειριόεσσαν*, Il. γ. v. 150. — *Ἀλλ' ἀγορηταὶ ἐσθλοὶ, τεττίγεσσιν ἐοικότες, ὅτε καθ' ὕλην Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.* H. STEPH.

251. *Ὄπα λείριον.*] *Λείριον* Stephanus repoſuit pro *χείριον*, optime. Nec eſt, quod huic ſuae coniecturae diffidat. Licet enim Homerus non ita loquatur, loquitur tamen ita

„Εἶδ᾽ ἄγε νῦν ϛεῤῥοῖσιν ὑπὸ ϛέρνοισι κάλωας
„Βρίσαθ᾽ ὁμοῤῥοθέοντες, ἐρείσατε δ᾽ ἴχνια γαίῃ,
„Ταρσοῖσιν ποδὸς ἄκρον ὑπερβλήδην τανύσαντες·
„Καὶ χαροπὸν ποτὶ χεῦμα γεγηθότες ἕλξατε νῆα.
„Ἀργὼ, πεύκῃσίν τ᾽ ἰδὲ δρυσὶν γομφωθεῖσα,
„Αἴ᾽ ἐμῆς ἐνοπῆς, καὶ γὰρ πάρος ἔκλυες ἤδη,
„Ἡνίκα δένδρε᾽ ἔθελγον ἐν ὑλήεντι κολώνῃ,
„Πέτρας τ᾽ ἠλιβάτους, καί μοι κατὰ Πόντον ἔβαινες
„Οὔρη ἀποπρολιποῦσα, ἐπίσπεο δ᾽ αὖτε θαλάσσης
„Παρθενίης ἀτραποὺς· σπέρχου δ᾽ ἐπὶ Φᾶσιν ἀμείβειν,
„Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ καὶ θεσκέλῳ ὀμφῇ.
Δὴ τότ᾽ ἐπιβρομέουσα Τομαριὰς ἔκλυε φηγὸς,

Ἡν

254. ομοροθ. Voſſ. 257. γομφωθεῖσαν omnes. V. Not.
258. Αἰὲν omnes. 259. F. κολωνῷ. 260. ἔβαινον Voſſ. παράκομικος

ita Apollonius lib. IV. v. 903. ἵεσαν ἐκ ϛομάτων ὄπα λείριον.

ESCHENB.

253. Εἶδ᾽ ἄγε Homerica formula excitandi. Euſtath. ad Ιλ. Π. 667 κελευσματικῶς, ἀντὶ τοῦ εἶα δὴ ἄγε ῥηθὲν μᾶλλον, ἤπερ ἐνδοιαϛικῶς, ἀντὶ τοῦ, εἰ δὲ βούλει ἄγε. Hanc tamen poſteriorem interpretationem interdum locum habere fatetur idem ad Ιλ. Ψ, 579 p. 1435, 41. Ἄγε apud Homerum etiam ad plures dici, conſtat. v. g. Ιλ. Ζ, 376 vbi idem monet Clarckius. Hic quidem ſimpliciter incitandi vim habet. Ceterum his quinque verſibus non puto perfectius quidquam ab ipſo Homero factum eſſe.

254. Ὁμοῤῥοθέοντες.] Scholiaſt. Ariſtoph. ad ὀρνιθ. ὁμοῤῥοθῶ. συνθέλω· ὁμοῤῥοθεῖν, κυρίως, τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν. Adhortatur igitur auctor hoc loco Argonautas, vt ſimul omnes nauem e littore in fluctus impellant, quippe qui mox ſimul omnes ὁμοῤῥοθέοντες erunt. ESCHENB.

257. Et illud Orpheo, h. e. diuini ſpiritus poeta, dignum, quod ſubito ad ipſam nauem oratio conuertitur, quam pulcherrimam apoſtrophen corruperant librarii, illo importuno ad verbum γομφωθεῖσα adiecto: quod cum pridem delere auſus fuerim, tanto minus id facere dubito, cum Pierſono idem in mentem veniſſe, eumque laudatum eo nomine a Ruhnkenio videam Epiſt. 2 p. 72. cum denique Voſſiani libri auctoritas acceſſerit. Quod in hac allocutione mentionem facit poeta materiae nauis et modi, quo compacta ſit, pertinet ad augendum miraculum.

258. Αἰὲν ἐμῆς ἐνοπῆς.] Nauem ipſam nunc alloquitur Poeta.

ESCHENB.

258. Adeo neceſſaria, et vnica, et blanda tamen atque facilis viſa emendatio Cl. Heringae, Obſ. 10 p. 78 propoſita, et ſuo merito probata Ruhnkenio Ep. 2 p. 73, vt circumſpectis omnibus illam in ipſum contextum auctoris recipere ſuſtinuerim. Neque adeo opus eſt, vt rationem facti reddam apud intelligentes. Modo illud meminerimus, ſermonem hic eſſe de obſequio Argus

nunc firmis sub praecordiis funes vrgete impetu simul facto, plantis imprimite terrae vestigia, extrema pedum vltra modum extendentes, (255) et feros in fluctus laeti trahite nauem. Tuque Argo, piceis quercubusque compacta, audi vocem meam, etenim prius iam audisti, quando arbores in siluoso vertice demulcebam, et Soli tantum accessas petras; atque ad Pontum mihi descendisti (260) relictis montibus: sequere vero nunc etiam maris Parthenii vias: festina ad Phasin transire nostrae obsecuta citharae ac diuinae voci. Tum infremens Tomaria fagus audiit, quam pro carina Argus nigrae

ἔβ. coni. Ruhnk. 261. Οὔρηα προλ. editt. omn. Οὔρεα προλείπασαι — ἐπέσπεο Voss. 262. ἐπὶ πᾶσιν omn. sed Φᾶσιν poscit ratio, Voss. Heringa, Bernard. ad Demetr. Pepag. p. 85. ἀμύνειν Voss.

gus cum confieret et existeret. Hic materiem de siluoso colle mulcendo ad pontum h. e. in litus, vbi aedificanda erat, deduxit Orpheus, vt materiem muri Thebani Amphion etc. GESN.

259. Malim κολωνῷ, neque tamen mutare ausus sum, si forte etiam ὁ κολώνης dixerint.

260. Ingeniose, vt solet, coniecit Ruhnkenius Ep. 2 p. 73 μοι παράπομπος ἔβαινες, et interpretatur, *mecum tanquam comes iuisti, me deduxisti montibus relictis.* Sed ne causam quidem, nedum necessitatem mutandi me videre, fateor.

261. Hic feliciorem puto fuisse Ruhnkenium, qui reponit ἄρε' ἀποπρολιποῦσα. Seruare tamen malui η, quod est in omnibus libris. Duplicationem ἀποπρο esse Orphicam, Index docet. Οὔρηα προλιποῦσα, quod est impressorum typis librorum, reliquissem, si formae huius exempla mihi in promtu essent. Sed quis τάχηα, ἔτηα meminit?

264. Τομαριάς.] Hoc Τομαριάς nescio an vsquam inueniatur, et si inueniatur, a τέμνω forte deducendum erit, sed quid ad locum hunc? ego vix dubito quin legi debeat Τομάρια, vatidica a τομαρὸς vates, ὁ τὸ μὴ ὂν μαντικῶς ὁρῶν, sec. Eustath. ad Odyss. π. versum ergo sic lego:

Δὴ τότ' ἐπιβρομέουσα τομάρια
ἔκλυε φηγός. ESCH.

264. Τομαριὰς sine dubio patronymicum nomen a Tomaro monte, cui Dodonaei Iouis templum adiacet. Strabo 7 p. 227 Τὸ ὄρος ὁ Τόμαρος ἢ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν. De hac fago (*siluae filia nobilis* Hor. Od. 1, 14, 12) Apollod. Bibl. 1, 9, 16 p. 49 κατὰ δὲ τὴν πρῶραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν (sic leg. pro φωνῇ) φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον. De hac Claudia. de B. Get. s. 7, 18 dicit Mineruam *Caeso Tmarii Iouis augure luco Arbore praesaga tabulas animasse loquaces.* Add. Apollo. 1, 525 sq. it. 4, 582, et ipse noster hic, et v. 1154. Val. Fl. 1, 304. Tzetz. ad Lycophr. 1019. Quae de τομάροις apud Eustathium memorat Eschenbachius, ea habentur ad Ιλ. Π p. 1074, 37 et ad Od. Ξ p. 545,

Ἥν οἱ ὑποτροπίην Ἄργος θέτο νηῒ μελαίνῃ
Παλλάδος ἐννεσίῃσιν· ἀνηέρθη δὲ μάλ' ὦκα,
Δέρατ' ἐλαφρίζουσα, θοὴ δ' ὠλίσθανε Πόντῳ·
Καί οἱ ἐπειγομένη θαμινὰς ἐκέδασσε φάλαγγας,
Αἵ οἱ ὑπὸ τρόπι κεῖντο μιᾶς σχοίνοιο ταθεῖσαι.
Ἐν δ' ἄρ' ἔβη, λιμένος χαροπὸν δ' ἀνεχάσσατο κῦμα·
Θῖνες δ' ἀμφέκλυθεν· ἐγήθει δὲ φρέν' Ἰήσων,
Ἆλτο δ' ἔσω νεὸς Ἄργος, ἐφέσπετο δ' ἀγχόθι Τῖφυς·
Καί οἱ ἐπ' ἄρτια θῆκαν ἀρηρότα πορσύνοντες,
Ἱστόν τ' ἠδ' ὀθόνας· ἐπὶ δ' αὐτ' οἴηκας ἔδησαν,
Πρυμνόθεν ἀρτήσαντες, ἐπεσφίγξαντο δ' ἱμᾶσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ θ' ἑκάτερθεν ἐρετμοὺς ἡπλώσαντο,
Εἰσβαίνειν δ' ἐκέλευον ἐπειγομένους Μινύας·
Τοῖσι δ' Αἰσονίδης ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,
„Κέκλυτέ μευ βασιλῆες ἀμύμονες, οὐ γὰρ ἔμοιγε
„Ἁνδάνει ἐν πραπίδεσσιν ἀρειοτέροισιν ἀνάσσειν.
„Ὑμεῖς δ', ὅντιν' ἄρα κραδίη θυμός τε μενοινᾷ,
„Ἡγε-

266. ἀνηγέρθη Voff. gloffa. 268. θαμεινὰς ἐκέδασε Voff. 269. τροπιϊ Voff. Αἵ οἱ ὑποτρόπι κεῖντο μιᾶς χοίνοιοτα θεῖσαι PAIC. 270. ἀνεχασσ. Voff. 271. φρένας Afk. PAIC.

p. 545, 4, atque audiri poffent, fi non omnes libri haberent Τομαρικός.

Quod ἐπιβρομέουσα ἔκλυε φηγὸς, hoc, arbitror, fignificare voluit poeta, illam fremitu indicaffe fe audire, et parere contumacius, qui mos illius erat, quod cognofcet, qui infpicere velit locos, quos dedimus in Indice, vbi Argo locuta eft.

GESN.

265. Pronomen οἱ iungendum cum νηῒ, vt monui in Ind. h. v. n. 3. Parum refert poetae et mendacis nunc ὑποτροπίην fagum dicere, adiunctam carinae, nunc τρόπιν, h. e. ipfam carinam λάλον, vt v. 707, nunc toti naui fermonem tribuere; nunc Mineruam nominare auctorem, nunc architectum Argum, nunc ἐργοδιώκτην operis Orphea. Tales diuerfitates ne hiftoriam quidem vitiant, nedum fabulam.

458. Locus Apollonii eft 1, 568 vbi *Τισαίην ἄκρην* memorat, cultamque ibi Dianam. Ex eo loco noftrum effe corrigendum, putabat ipfe etiam Heinfius ad Val. Fl. 2, 7 vbi in hac ipfa nauigatione *Templa Tifaeae Dianae* ponuntur. Sed haud paullo magis placet Lucae Holftenii diligentia ad Steph. Byz. V. *Πισαίον* p. 255 vbi poft collatas Polybii etiam auctoritates ita conclu-dit, *E quibus apparet, vocabulum hoc inter διττογραφέμενα* reponen-dum. *Promuntorium Sepias* e[ft] etiam Plin. 4, 9 et illuftrat Har-duinus n. 13. GESN.

460. *Ἀγχίαλός θ' ὁμαλή*] E[t] hic refcribendum *ὁμόλη*, duce Apol-lonio, (et Holft. ad Steph. Byz. h. v. et *ὁμόλη, ὄρος θεσσαλίας, οὕτω κα-λούμενον.* Interpretes male: *An-chialosque plana.* Sed non folu[m] hoc loco deceptus Perdrierius, de-ceptus etiam Hermolaus Barbaru[s] et ab hoc Ortelius, qui ambo Ar-chialum faciunt locum circa finu[m] Pelafgicum. ESCH.

460. Non dubitaui hanc vnius ap[i]cis immutationem admittere, qu[ae] firmatur etiam ex his, quae a[d]fcripfit Harduinus ad Homoli[um] Plinii 4, 9 no. 19. GESN.

Ἐναύλου] Non intelligo h[ic] doctiffimum Holftenium, qui [...] ordi-

vt Minyis et magnam gloriam parent iunioribus regibus apud futuros homines. Poſtquam ad litus et in nauem deſcenderunt omnes, in prioribus, *quae prius occuparant*, ſedilibus conſident, inde remis intendentes manus, vndas pro ſe quisque verberant (455) diſcedentes a Pelio. Super magnum maris aequor ſpuma effferueſcens ferum albefacit mare. Piſſaeum occultatur promuntorium, et Sepias ripa, apparet Sciathus, Dolopis ſepulcrum in conſpectum venit, maritimaque Homole, fluentumque torrentis Amyri, (460) qui per magna terrae ſpatia mittit ſtrepentes aquas. Olympi etiam ob altos ſcopulos inacceſſa cacumina proſpexerunt Minyae, et ſiluoſum Atho circumuecti, Pallenenque ampl in,

Voſſ. F. ἀμύροιο ἐναύλε V. N. 461. πολὴν PAIC. ἴα Aſ. 463. εἰσέδραμον edd. εἰσέβρ. ſph. Eſch. ἄθωδεν δρῶθαι PAIC. καμνον Voſſ.

ordine itineris, quem Apollonius ſeruat, nobis reſtituere vult ἀναύρου. Quin, ſi Apollonium ſequi velimus, Ἀμύρου reſcribendum eſſet, niſi modulus ſyllabae mediae repugnaret. Et certe nihil aliud noſter intelligit quam Amyrum, quem hoc modo circumſcribit, ῥεῖθρόν θ' ἁλιμυρὲς ἐναύλου. nam quemadmodum ἄναυρος, ſi προσηγορικῶς accipiatur, *torrentem* ſignificat, ita etiam ἔναυλος nihil aliud quam *torrens* eſt. Vix tamen dubito quin ſit legendum ῥεῖθρόν τ' ἀμύροιο ἐναύλου. ESCH.

460. In loco, qui huic reſpondet, Apollonii 1, 596 ſunt ἀμύροιο ῥέεθρα, de quo fluuio et vrbe cognomine multa ſunt apud Stephanum Byz. et Holſt. Itaque valde propendet animus ad recipiendam emendationem ab Eſchenbachio propoſitam. Sed ſcrupulum mouet hoc, ſi forte noſter voluerit alludere ad notationem nominis proprii, et illud interpretari quaſi ἁλιμυρές. Interea verſionem ita informaui, vt ἐναύλε redderem *torrentis* nomine, cui reſpondere ἔναυλον, inductio Homerica, et quae ſunt ab Heſychio, et ad illum obſeruata, me docuere. Holſt. ad Steph. V. Ὁμόλη vult legi, ῥεῖθρόν θ' ἁλιμυρὲς ἀναύρε. GESN.

463. Εἰσέδραμον] Inconditum ſenſum hoc verbum ibi gignit, ego non dubito, quin auctor ſcripſerit εἰσέδρακον, et hoc potiſſimum coniicio ex Apollonio, qui de eodem loco in eadem re idem vocabulum adhibet. Sed et in innumeris locis hi duo auctores ita inter ſe concordant, vt iisdem plane verbis nonnunquam eandem ſententiam efferant, quod manifeſtum erit illi, qui ambos cum ſtudio legerit et inter ſe contulerit. ESCH.

463. Locus Apollonii eſt 1, 597 Κεῖθεν δ' εὐρυμένας τε πολυκλύςυς τε φάραγγας Ὄσσης τ' Οὐλύμποιό τ' ἐσέδρακον. Res ita manifeſta dubitationi locum non relinquit.

 Ita-

Πελλήνην τ' εὐρεῖαν· ἰδὲ ζαθέην Σαμοθρήκην,
Ἔνθα καὶ ὄργια φρικτὰ θεῶν, ἄῤῥηκτα βροτοῖσιν,
Ἀσμενοι εἰσεπέρησαν ἐμῆς ὑποθημοσύνῃσιν
Ἥρωες· μέγα γάρ σφιν ὀφέλσιμον ἀνθρώποισι
Τῆσδε θυηπολίης, ἄμοτον πλωτῆρσιν ἑκάστοις.
Σιντιακαῖς δ' ὀφρῦσιν ἐκέλσαμεν ὠκύαλον ναῦν
Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ. τόθι περ κακὰ ἔργα μεμήλει
Θηλυτέραις· αἳ γάρ κεν αἰστώσαντο σύνευνες
Σφῆσιν ἀταθαλίῃσι. καὶ ἡ κλυτὴ Ὑψιπύλεια
Ἐλδομέναις κραίνεσκε, γυναικῶν εἶδος ἀρίστη.
Ἀλλὰ τί σοι περὶ τῶνδε πολὺν λόγον ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
Ὅσσον ἐφ' ἵμερον ὦρσεν ἀγαυαῖς Λημνιάδεσσι
Κύπρις ἐρωτοτρόφος, Μινύαις εἰς λέκτρα μιγῆναι;
Φίλτροις Ὑψιπύλην ἐρατοῖς ἐδάμασσεν Ἰήσων·
Ἄλλῃ δ' ἄλλος ἔμικτο· καὶ ἐκλελάθοντο πορείης,

Ἐ

464. Παλ. melius. 465. ἀῤῥ. δὲ βρ. PAIC. ἀῤῥητα Af. 467. μέγα γαρ Voff. μετὰ edd. μέγα etiam coni. Pierf.

Itaque probat etiam Cl. Weffel. Obf. 1, 22 p. 9. Verbum ipfum noftro familiare effe, docet Index. GESN.

464. Πελλήνην τ' εὐρεῖαν] Repone ex Apollonio (1, 599) παλλήνην· (Schol.) παλλήνη δ' ὄρος Θρᾴκης καὶ πόλις, ὅθεν ἦν πρωτεύς. Vide etiam Stephanum voce παλλήνη. ESCHENB.

464. Non dubito quin α in prima Syllaba huius nominis vnice verum fit, cum praefertim a Pellene Achaica fic diftinguendam doceat Euftathius ad Ιλ. Β, 574 p. 220, 50. Omnia dedit Holften. ad Steph. Sed cum tribus locis apud noftrum in omnibus libris fcribatur per ε, ad διττογραφέμενα etiam hoc referre, vel certe in tutiorem partem peccare malui. GESN.

465. Ἀῤῥηκτα βροτοῖσιν] Prurigo eft, quae impulit Perdrierium, vt hic pofuerit ἀῤῥητα. ESCH.

465. Etiam Apollo. 1, 917 Ἀῤ-ῥήτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέ-μιστας haec ipfa Samothracum myfteria appellat. Verum nec ἀῤῥητα fenfus refugit, quod de Myfteriis fermo eft; et fic effe in Mf. docet V. L. GESN.

467. Μετὰ γάρ σφιν] Vid Schol. Apollon. lib. I. ad verf. 917 et rationem noftrae interpretationi habebis. Legendum autem pr ἕκαστος, ἑκάστοις. Et de eadem r Orpheus in Θυμιάματι Κυρήτω (H. 37.)

Οἵτε Σαμοθρῄκην ἱερὴν χθόν ναιετάοντες
Κινδύνες θνητῶν ἀπερύκετε πον τοπλανήτων. ESCH

467. Ita habebat verfio h. l. i editione Efchenbachii, *Deincep enim valde vtilis eft hominibus Ha facrorum fitis nauigantibus omni bus.* Scholiaftes, ad quem prouo cat, inter alia multum profuiffe i

per

amplam, ac diuinam Samothracen. Hic etiam sacra deorum tremenda, non temeranda hominibus, cupide adierunt meo consilio Heroës: magna enim vtilitas hominibus *quidem omnibus*, horum sacrorum, immensa vero nauigantibus singulis. Inde ad Sintiaca supercilia in diuina Lemno celerem nauem appulimus. Ibi mala tum facinora curae fuerant mulieribus: suos quippe maritos interemerant suis sceleribus, et inclita Hypsipyle volentibus *nunc* imperabat, mulierum formosissima. Verum quid tibi *Musaee*, de hisce longam narrationem diserte habere *attinet?* quantum nobilibus in Lemniadibus desiderium excitauerit Cypris amorum nutrix Minyarum concubitus, *vt* illecebris amatoriis Hypsipylen domuerit Iason, vt aliae aliis mistae sint, et obliti fuissent expeditionis, nisi reuocatoriis voci-

468. *ἕκαστος* edd. *ἑκάστοις* coni. Esch. 475. *ἤμερον* PAIC. *ἀγαυαῖς* Voss. 476. *ἐπὶ λεκ.* Voss. sed marg. *ἐς.*

periculis ait Agamemnoni et Vlyssi, quod initiati fuissent. Docti lectores existimabunt, an mea interpretatio satis tum verbis poetae, vt a me constituta sunt (in voce *μέγα* occupauerat Pierso. Veris. 1, 9 p. 103, vt supra v. 11) tum sensui communi, quo ille profecto non caruit, respondeat. Tenebras interpretantibus obiecit, quod non viderunt, duas hic esse propositiones, priorem, Sacra Samothracia vtilia sunt hominibus, qui iis initiantur omnibus: alteram, Immensum autem iuuant nauigantes singulos. De *σφιν*, quod hic ad *ἀνθρώποισι* relatum abundat, itemque de v. *ἄμοτον* vid. Index. GESN.

469. *Σιντιακοῖς δ' ὀφρύσιν*] Vide omnino Holstenium ad Stephanum voce *Σιντία*. Dormiunt sane interpretes, qui *compositos oculos* in somniis vident. ESCH.

477. *Φίλτροις*] Varie haec vox vsurpatur ab auctoribus. Communissime quidem pro *Pharmaco, amoris conciliandi causa alicui dato*, vt ap. Ouid. II. Amor.

Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

et passim alibi. Deinde vero significat *στοργὴν φυσικὴν πρὸς τὰ τέκνα.* vt apud Nazianz.

Φίλτρῳ γὰρ συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε.

Menander apud Stobaeum · *Ὦ παῖδες, οἷον φίλτρον ἀνθρώποιο φρενές.* Tertio de *amore coniugali* dicitur, vt ap. Apollonidem Anthol. I. *μὴ σπείσαις δεύτερα φίλτρα γάμου*, quem fere in sensum hic etiam apud nostrum vsurpatur, nisi quidem blanditias potius et mellita verba, quibus iuuenes miseras puellas ad concubitum inuitare solent, intelligas, quod suadere videtur versus sequens, dum de reliquis auctor dicit: *ἄλλῃ δ' ἄλλος ἔμικτο.* ESCH.

Εἰ μὴ ἀποτροπίοις ἐνοπαῖς θελξίφρονι θυμῷ
Ἡμετέρῳ θελχθέντες ἔβαν ποτὶ νῆα μέλαιναν,
Εἰρεσίην ποθέοντες, ἐπεμνήσαντο δὲ μόχθου.
Ἔνθεν ἐς Ἑλλήσποντον ἅμ' ἠῶος φέρεν οὖρος
Ἀκραὴς Ζέφυρος, στεινῆς ἀπάτερθεν Ἀβύδου,
Ἴλιον Δαρδανίην, Πιτύην ἐπιδέξι' ἔχοντας,
Οὗ καὶ Ἀβαρνιάδας Περκώτης τ' εὔσταχυν αἶαν
Ἀργυρέαις Αἴσηπος ἐπικλύζει προχοῆσιν.
Αἶψα δ' ἐπιθρώσκουσα θέεν πολυηγόρος Ἀργώ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ψαμάθοισιν ἐκέλσαμεν, ἐν δ' ἄρα Τῖφυς
Ἰθύντωρ ἀκάτοιο, καὶ ἀγλαὸς Αἴσονος υἱὸς,
Σύν τ' ἄλλοι Μινύαι, γλαυκώπιδι Τριτογενείῃ

Θῆκαν

479. ἀποτροπίης Voss. θ' ὕμνῳ coni. Eschenb. 481. νόθου Voss. μόχθους Chiu. 482. Ἔλθεν PAL. Ἦλθεν Cr.

479. Θελξίφρονι θυμῷ] Melius legerem hic θελξίφρονι θ' ὕμνῳ. Sed nihil definio. ESCH.

479. Est sane elegans coniectura. Vellem dedisset poeta nobis carmen, quo a voluptate ad laborem potenter Minyas reuocare Orpheus potuit, simili illi quod est supra 252. Sed non ausim tamen tale carmen ὕμνον vocare: neque iam vacat operose, post diligentiam praesertim accuratam amici mei Kriesii, quaerere, cuius de Hymnis veterum dissertatio sub oculis meis nata est. GESN.

481. Verbum ἐπεμνήσαντο videbatur mihi aliquando hic poni cum allusione ad illum vsum, qui ad rem vxoriam et nuptiarum ambitionem pertinet, vnde μνηστεύειν, et μνηστῆρες dicuntur e. i. g. a. Placebat haec notio quod cogitarem, auocandos hic fuisse Argonautas a nuptiis Lemniadum ad amorem suae nauis et laboris et gloriae. Fauebat illud, quod in Chiueano exemplo μόχθους habetur, quarto casu, quem adsciscit in hac significatione verbum μνᾶσθαι. Sed metuo, vt aliquid solidi hic sit, cum hoc verbum, more Orientis in vniuersum sit grauidum, vt loquuntur Grammatici, et meminisse dicantur, qui faciunt quod debent vel solent. Vid. v. g. mox 553 μνώεσθε πλόοιο.

482. Illud ἅμ' ἠῶος idem sibi velle puto, ac si dixisset poeta ἅμ' ἠοῖ. Vt si Latine diceres: simul matutinos eduxit suos, i. simul ac mane esset, simul cum ortu solis.

484. Ἴλιον Δαρδανίην] Difficile est hunc versum metiri aliter, quam vt vel ι interdum consonantis vicem subire fatearis: vel ν et δ non efficere veram positionem, quae praecedentem vocalem breuem necessario producat. Exempla quidem Homerica similium versuum vel nitebantur corruptis exemplaribus, vel tenui mutatione sunt reducta ad regulam. Hic forte plus laboris fuerit. Et est non absimilis versus Lap. Pr. 62 vbi κρέσβυν ante δαημοσύνην posteriorem corripere videtur. Sed vtrique huic loco σαφὸς

Φάρ-

vocibus a flexanimi mente, *facultate*, nostra deleniti ad nigram nauim descendissent, remigationemque cupientes depoposcissent sibi laborem. Inde in Hellespontum matutinos statim ventus secundus, validus Zephyrus tulit, angustam praeter Abydon, Dardanium Ilion, Pityam ad dextram habentes, vbi etiam Abarniados Percotesque frugiferam terram argenteis Aesepus vndis alluit: statimque subsultans loquax cucurrit Argo: vbi cum ad arenas appulissemus, ibi Tiphys gubernator nauis et praeclarus Aesonis filius, vnaque Minyae alii, glaucae Mineruae erexerunt graue saxum, (vbi

484. ἐπιδέξιον Af. πιτυην ἐπειδέξιον ἔχ. PAI. ἐπὶ δε δεξιὸν ἔχ. Cr.
485. ἀκορνιαδ. Voff. ἀβορ. et περ. ἔςαχην Af. ἀβορ. etiam P.
488. ἐπὶ — ευ δ' αρα Voff.

φάρμακον inueniri cupio, an inueniri possit, dubito.

484. Πιτύην] Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 933. Ἡ λάμψακος τὸ πρότερον Πιτύεια προσηγορεύετο. Ἣν τινὲς Πιτύαν ὀνομάζουσιν· τινὲς δέ φασιν, ὅτι Φρίξος γενόμενος ἐνταῦθα θησαυρὸν ἔθηκεν, καὶ ἀπὸ τούτου ἡ πόλις ὠνομάσθη· Θρᾷκες γὰρ θησαυρὸν Πιτύην λέγουσι· vnde Cl. Holstenius Πιτύην hoc loco Argon dictam esse vult. Ego nihil definio. ESCH.

484. Πιτύην] Festinabat aut dormitabat vir doctus, cum ista chartis illuderet. Res sic habet. Holstenius ad Steph. Πιτύεια, quod antiquum Lampsaci nomen fuisse, ibi docetur, addit, Orpheus Argon. 484 Πιτύην vocat. Nihil aliud. GESN.

485. Ἀβαρνιάδας] Bene hic Cl. Holstenius (ad Steph. Byz.) Ἀβαρνιάδας mutat in Ἀβαρνιάδος. ESCH.

485. Puto melius ἀβαρνιάδος. Sed nihil mutaui, cum praestare nobis possit nemo, annon *Abarniadas* noster dixerit nymphas quacunque de causa. Est enim, vt ait Stephanus, ἄβαρνος vrbis et regionis nomen. GESN.

490. Σύν τ' ἄλλοι Μινύαι] Commentarii vicem fungi potest Apollonius lib. I. v. 936. seqq. ESCH.

490. Ego vero non commentarium in h. l. inueni apud Apollonium, sed non nihil potius in conciliando vtroque poeta difficultatis. Apollonius ita a v. 955 Κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἐκλύσαντες Τίφυος ἐννεσίῃσιν ὑπὸ κρήνῃ ἐλίποντο, Κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ· ἕτερον δ' ἕλον, ὅστις ἀρήρει Βριθὺς κ. τ. λ. Ad haec cum nostro concilianda ponam hic non dissertationem, quam animo conceperam, de antiquissimo genere ancorarum: sed obseruationes modo aliquot ex huius rei et loci vtriusque consideratione mihi natas.

1) Ex Apollonii narratione illud colligere mihi videor, cum in Portum Cyzici venissent Argonautae, illos Tiphys monitu lapidem εὐναίης, (relinquamus interea in incerto, quid in re nautica fuerit εὐναία vel εὐναί) quod nimis paruus esset, detraxisse, et ad fontem Arta-

Θῆκαν ἀείραντες βριθὺν λίθον· ἔνθα δὲ νύμφαι
Κρήνῃ ὑπ᾽ Ἀρτακίῃ καλὰ νάματα πλημμύρουσιν,
Οὕνεκά οἱ πλώουσιν ἀνὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον
Εὔδιος ἀντεβόλησε μυχοῦ ἔντοθε γαλήνη,
Οὐδ᾽ εἰς γαῖαν ἔριψαν ἐϋγνάμπτους ἀγκύρας,
Κύμασι θεινόμενοι ὑπὸ χειμερίοισιν ἀήταις.
Ἐνθάδε πορσύνοντες ἐπὶ κροκάλαις προχέουσαις
Δεῖπνά τε καὶ κλισίην, δόρπου μεμνήμεθ᾽ ἕκαστοι.

Δὴ

492. πλημμύρουσι Voss. 494. μυχον Voss.

Artacium collocasse, (credo, quod perforatus esset, et ad transmittendum aquae radium accommodatus) in illius autem locum aptiorem et grauiorem electum reposuisse. Porro Scholiasta dicit, hunc lapidem fuisse ἀντ᾽ εὐναίας καὶ ἀγκύρας.

2) Homerus, in tam frequenti occasione, ἀγκύρας nomen non habet: sed εὐνῶν, quasi tu dicas cubilium, ita mentionem facit, vt appareat, eas, quidquid fuerint, ancorarum certe vsum praestitisse. Sic Ἰλ. Α, 436 atque Od. Ο, 497 Ἐν δ᾽ εὐνὰς ἔβαλον. Priori loco f. p. 98, 46 Eustathius Εὐναὶ, inquit, αἱ τὴν ναῦν εὐνάζουσαι ἄγκυραι. Sic Od. Ι, 136 Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν᾽ οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, Οὔτ᾽ εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι᾽ ἀνάψαι. Ἰλ. Ξ, 77 iubet Agamemnon nauem deduci, si subita fugae necessitas ingrueret, Νῆα — Ὕψι ἐπ᾽ εὐνάων ὁρμίσσομεν. Non audiendus hic est Eustathius, p. 953, 36 certe non de hoc loco intelligendus, cum dicit, τὰς εὐνὰς εἰκὸς μὴ μόνον ἀγκύρας νοεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑποκείμενα ταῖς ναυσὶν ἕρματα. Nimis repugnat illud ὕψι, et quod deduci nauem de litore iusserat. Illud conficitur, εὐνὰς apud Homerum de naui in mare proiici, vt quiescere et immota seruari nauis possit. Ceterum credamus Eustathio, εὐνὰς etiam esse palangas, in quibus siccae in terra stare naues possunt.

3) Sed de ancora e lapide perforato quid censebimus, quem apud Apollonium viderunt viri docti, in quo numero Schefferus ipse est de Mil. Nau. 2, 5 p. 147. quin Plinius quoque 36, 14 f. 23 *Eodem in oppido, Cyzici, est lapis, fugitiuus appellatus. Argonautae eo pro ancora vsi, ibi reliquerant.* Ipse Arrianus in Periplo Ponti Euxini p. 120 Blancardi, ad Phasis Ostia καὶ ἡ ἄγκυρα, ait, δείκνυται τῆς Ἀργοῦς. Καὶ ἡ μὲν σιδηρᾶ οὐκ ἔδοξέ μοι εἶναι παλαιὰ (forte ob id ipsum quoque, quod ferrea esset, non aerea) — λιθίνης δέ τινος ἄλλης θραύσματα ἐδείκνυτο παλαιὰ, ὡς ταῦτα μᾶλλον εἰκάσαι ἐκεῖνα εἶναι τὰ λείψανα τῆς ἀγκύρας τῆς Ἀργοῦς.

4) Cum de lapideis ancoris in vniuersum facile credam suis auctoribus apud Schefferum l. c. tum dubitari videtur posse, λείψανα illa Apollonii et Arriani fuerintne ancorarum proprie dictarum, h. e. molium grauium, quae funibus e naui in fundum maris demissae illam contra vim ventorum aut fluctuum immotam tenerent, fragmenta? Certe nec locus Apollonii hoc postulat necessario, si illum ita interpretemur, vt modo ostendi: et nihil

(vbi nymphae fonte sub Artacio pulchras aquas exundare faciunt) quoniam sibi per latum Hellespontum nauigantibus serena occurrit intra ipsum recessum tranquillitas, neque iacere in terram aduncas ancoras coacti sunt (495) vndis percussi ab hibernis flatibus. Illic parantes in litoribus eminentibus coenam atque accubitum, epulis operam dedimus omnes. Accumbentibus superuenit

496. ἀήταις Voss. 497. πρωΐν. PAIC. et Esch.

nihil est apud Homerum in tam frequenti τῶν εὐνῶν mentione, quod lapideas indicet. Sed est contra aliquid Od. N, 77 hic ad lucem Argonauticae fabulae breuiter declarandum. Soluunt Phaeaces cum Vlysse versus Ithacam: Πεῖσμα δ' ἔλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο. Habemus hic lapidem perforatum; sed non quem pro ancora demittant in mare, verum *a quo soluunt oram* nautae: vti nunc in illis crepidinibus, ad quas appellunt, vnde soluunt naues, sunt immissi saxis annuli ferrei, ad quos religantur. Ne supersit dubitandi locus, audiamus V. Schol. Πεῖσμα τὸ ἀπόγαιον χοινίον — αὐθαυτα ἐπὶ τῶν λιμένων τρυπῶν τοὺς λίθους. Eustath. p. 504, 49 Ἡ ἀπολυθεῖσα τοῦ ἔξω δεσμοῦ ναῦς. Placebam mihi aliquantulum hac obseruatione. Sed occupatam video ab A. Berkelio ad Steph. Byz. V. Ἀγκύραι. πόλις Αἰγύπτου — ὠνόμασται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ λιθίνους ἐκεῖ ἔτεμνον, οἷς κατεχρῶντο, ἀγκύρας ἐκ τῆς παρακειμένης λατομίας. Adscripsi locum integrum, quod sententiam de ancoris lapideis Grammaticorum ostendit, qui similia de ipsa Gallograecorum Ancyra narrant apud Stephanum.

5) Denique illud obseruamus, quod ἀγκύρας nomen non habet Homerus, sed habet illas carmen Orphicum, inde forte efficias, inter Homeri et illius aetatem illud nomen esse vel inuentum, vel celebratum in Graecia. Nam εὐνὰς Homericas habuisse certe vim et vsum ancorarum, non potest negari. De Argonautis Pind. Pyth. Δ, 342 Ἐπεὶ δ' ἐμβόλου κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν. Finiamus in loco Pausaniae Att. C. 1, 4 Ἄγκυρα, ἣν ὁ Μίδας ἀνεῦρεν, ἣν ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐν ἱερῷ Διός. De Ancyra Phrygiae a Gallis occupata loquitur, et de rege illius conditore, cuius ipsa aurea fabula Homero videtur iunior.

GESN.

491. Auctor huius carminis hic profecto nihil de ancora cogitauit: sed magnum lapidem Mineruae erectum narrat simpliciter. Plane conueniet cum Apollonio, si λίθα interpretemur *per hunc*.

495. Epitheton hoc ἐϋγνάμπτας indicat, de recuruis ancoris ex metallo aeris vel ferri sermonem esse: et videtur ipsa illa flexura nomini originem dedisse, quam et ἀγκὼν et ἀγκάλη, et ἀγκύλος et ἄγκιστρον etc. ostendunt.

496. Χειμερίοισιν ἀήταις] Cur hic interpretes vertunt, *sub septentrionalibus ventis?* qui certe contrarii fuissent nautis nostris. Forte legerunt ἄρκτοις? Sed non solliciti simus

Δὴ τότε κεκλιμένοισιν ἐπήλυθε Κύζικος ἥρως,
Ὃς Δολόπων ἤνασσε περικτιόνων ἀνθρώπων,
Αἰνῆος φίλος υἱὸς, ὅν οἱ τέκε δῖα γυναικῶν,
Εὐδώρου θυγάτηρ Αἰνίππη καλλιπάρηος·
Ὅς ῥα φιλοξενίῃ Μινύας ἐγέρηρεν ἅπαντας,
Σφάζων πῖά τε μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
Ἀγροτέρους τε σύας· δῶκεν δ' ἔπι οἶνον ἐρυθρὸν,
Σῖτον δ' ἄφθονον ἧκεν ἀποπλώουσι φέρεσθαι,
Χλαίνας τ' ἠδὲ τάπητας, ἐϋννήτους τε χιτῶνας.
Φίλετο δ' αὖ παρεόντας ὁμηλικίης ἕνεκα σφῆς·
Καί ῥα πανημερίοισιν ἐν εἰλαπίναισιν ὅμαρτεν.
Ἀλλ' ὅτε γ' Ὠκεανοῖο ῥόον βαπτίζετο Τιτὰν,
Μήνη δ' ἀστροχίτων ἔπαγεν μελαναυγέα ὄρφνην,
Τῆμος ἀρηΐφατοι κίον ἀνέρες, οἵ ῥα νέμοντο
Ἀρκτώοις ἐν ὄρεσσι, τεθηπότες εἴκελα θηρσὶ,
Τιτᾶσι βριαροῖς τ' ἐναλίγκιοι ἠδὲ Γίγασιν·
Ἓξ γὰρ χεῖρες ἑκάστῳ ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο.
Οὓς τότ' ἐσαθρήσαντες ἀμαιμάκετοι βασιλῆες,
Ἐς μόθον ὁρμαίνοντες ἀρήϊα τεύχε' ἔδυνον.
Καί ῥ' οἱ μὲν πεύκῃσιν ἀμύνοντ', οἱ δ' ἐλάτῃσιν·
Ἐν δ' ἔπεσαν Μινύαισι κατὰ σκοτόεσσαν ὁμίχλην.
Οὕς τοι ἐπειγομένους κτεῖνεν Διὸς ἄλκιμος υἱὸς,

Τόξῳ

500. περικτυό. Voss. 502. Vid. leg. Εὐσώρου — αἰνήτη V.N.
505. ἄπο οἶν. Voss. 506. ἄφθονον PAC. 507. εὐνητοὺς Voss.

simus de falsa lectione, cum veram habeamus. ESCH.

500. Ὃς Δολόπων] Contra Homeri, Apollonii et omnium veterum auctoritatem noster Δόλοπας hic nominat, quos reliqui Δολίονας. ESCHENB.

500. Qui hic Dolopes vocantur, Doliones sunt Apollonio 1, 952 sqq. quod constat etiam ex Stephano Byz. quaeque ibi Holstenius. Cum videam Eustathium ad Ιλ. I, 480, vbi Dolopum rex, δολόπεσσιν ἀνάσσων, dicitur Phoenix, p. 673, 10 studiose admodum Dolopes et Doliones distinguere, Δόλοπες ἔθνος θεσσαλικὸν — Δολίονες μέντοι οἱ περὶ Κύζικον κ. τ. λ. quod indicium est illos interdum confundi: cogitabam, potuisse poetam nostrum eo facilius Dolopas hic substituere, quod et hi ἄποικοι θεσσαλῶν, vt ait Schol. ad Apollo. 1, 962. GESN.

502. Εὐδώρου θυγάτηρ αἰνίππη] Duplici vitio laborat hic versus, quem ex Apollon. (1,949) facile sanare poteris; rescribendo pro εὐδώρου

εὐσω

nit Heros Cyzicus, Dolopibus circumhabitantibus imperitans Aenei F. quem nobilissima mulier peperit Eusori filia, Aenete pulchris genis decora, qui sua hospitalitate Minyas honorauit omnes, mactans pingues oues et flexipedes camuros boues, ferosque sues, deditque praeterea vinum rubrum, frumentumque copiosum misit nauigantibus auferendum, sagaque et tapetes et tunicas bene sutas. Amplectebatur ille praesentes hospites, quod aequales sibi aetate essent, et per integrum illos diem epulis prosequebatur. Sed cum Oceani se fluctibus Titan immergeret, Lunaque stellatam induta tunicam nigri splendoris caliginem induceret: Martii venerunt viri, qui habitarent arctois in montibus, stupidi, ferarum instar, ceterum Titanibus validis similes gigantibusque. Sex enim vnicuique manus erumpebant ex humeris. Hos tunc adspicientes inuicti reges in pugnam ruunt arma induti Martia. Isti partim taedis pugnabant, partim abietibus, impetumque fecerant in Minyas per tenebricosam caliginem: irrumpentes vero interfecit fortis Iouis filius

508. F. φίλατο V. N. ὁμιλα. Voss. 509. πα — ησιν Voss. Totum versum auctum vitiis repetunt PAI. 511. ἔπαγε Voss. 512. οἶρ' ἀνέμ. PAIC. 517. ὀρίνοντες Voss. Vid. leg. ὁρμαίνοντας. 519. ὁμίκλην PAIC.

εὐσώρα, et pro Αἰνίκη, Αἰνήτη. Ita enim ille:

Κύζικος, ὃν κούρη δῖα τέκεν Εὐσώροιο
Αἰνήτη

(V. ad Val. Fl. 3, 4.) ESCH.

504. Ἕλικας βοῦς] Vertimus *Camuros*. Hesychius: Ἕλικας, ἑλικοκεράτας, ἐπικαμπῆ τὰ κέρατα ἔχοντας, et hi dicebantur Latinis *Camuri*. Philargyrus ad Virgil. III. Georg. v. 55:

Et camuris hirtae sub cornibus aures.

Camuri boum sunt, qui conuersa introrsum cornua habent: laeui, quorum cornua terram spectant. His contrarii Licini, qui sursum versum cornua habent. ESCH.

504. Sic Ιλ. I, 462 πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς ἔσφαζον. GESN.

508. Φίλατο postulat ratio metrica, aoristo I. Vid. Clarck. ad Ιλ. Τ, 304. Idem obseruandum ad 709.

513. Ἀρκτῴοις] Vide Apollonium lib. I. v. 942. ESCH.

521.

Τόξῳ οἰστεύων. σὺν δ' αὖ νέον ὤλεσε παῖδα
Κύζικον, οὔτι ἑκὼν, ἀλλ' ἀφραδίῃσι πεδηθείς·
Τῷ δ' ἄρα μόρσιμον ἦεν ὑφ' Ἡρακλῆϊ δαμῆναι.
Αἶψα δὲ οἱ Μινύαι κοίλης ἔντοσθεν ἔβησαν
Νηὸς τευχήεις, ποτὶ δὲ ζυγὸν ἶζον ἕκαστος.
Τῖφυς δὲ πρύμνηθεν ἐπήπυεν, ἠδ' ἐκέλευε
Κλίμακα νηὸς ἔσω ἐρύσαι, καὶ πείσματα λῦσαι.
Ἀλλ' οὐ γὰρ λύοντο κάλοι, δεσμοῖσι δ' ἀφύκτοις
Ὠκείης στροφάλιγγος ἀρηρότες ἐσφίγγοντο,
Νῆα κατείργοντες. θάμβησε δὲ Τῖφυς ἀμύμων,
Ἄφθογγος δὲ προῆκε χερῶν οἰήϊα νηὸς
Ἀργώης· οὐ γάρ γε ἐέλπετο κῦμα περῆσαι.
Ῥείη γὰρ κοτέεσκε δεδουπότος εἵνεκα λαοῦ.
Ἀλλ' ὅτε πρὸς μέσατον νυκτὸς προὔβαινεν ἀταρπὸς,
Ἄστρα τε τηλεφανῆ δῦνεν ῥόον Ὠκεανοῖο,
Ὅσσε κυβερνήτῃ προσεπέστιχε νήδυμος ὕπνος.
Τῷ δὲ βαθὺ κνώσσοντι θεὰ μενέδουπος Ἀθήνη
Ἄγχι παρισταμένη παρ' ἐτήτυμα σήματ' ἔφαινεν·

Ὧδε

521. Vid. leg. δ' αἰνέος ὤλ. V. N. 526. ἐκέλευεν Voss. 527. ἔσσω -- λύειν Voss. 528. οὐ οἱ Voss. 530. ἐθάμβησε Voss. 531. δέ οἱ

521. Σὺν δ' αὖ νέον ὤλεσε παῖδα Κύζικον] Cyzicum non ab Hercule, ſed ab Iaſone interfectum fuiſſe, narrat Apollonius, qui etiam in ipſa hiſtoriae enarratione multum differt ab Orpheo. ESCH.

521. Nempe hic etiam morem ſuum vterque poeta ſeruat. Diuerticula, amoenitates, quaerit Apollonius, origines rituum perſequitur. Hic noſter ſumma capita attingit, in iis moratur, vbi Orpheo tanquam Deo quodam ex machina opus fuit. Apollonius facta ex naturâ rerum explicare ſtudet: noſter quaerit locum miraculis Orphei. Ille doctior Grammaticus, hic poeta magis μυθολογῶν. Ceterum pulchre Pierſonus Veriſ. 1, 9 p. 112. pro αὖ νέον conſicit Αἰνέος. Cyzicus v. 500 Αἰνῆος φίλος υἱὸς vocatur. Aeque mihi diſplicet, ac Pierſono, παῖδα νέον vocari, qui maritus ſit: cum νέα nomen ad παῖδα adiectum plane inferiorem puerorum aetatem indicare videatur. GESN.

529. Non puto hoc dicere poetam, ipſam nauem procella circumactam, et ita implicitos funes. Sed oſtentum hoc diuinitus obiicitur Argonautis, vt ſentiant, ſe manu Deae retineri.

531. Ἄφθογγος δὲ προῆκε] Somniat Perdrierius, qui pro ἄφθογγος, quod rectum eſt, legi vult ἄφθονον. ESCHENB.

531. Rectum ſine dubio eſt, h. e. narrationi et linguae rationibus accommodatum, προῆκε. Sed tamen

lius (520) arcu sagittas mittens, simul vero occidit filium Aenei Cyzicum, non ille quidem volens, sed imprudentia irretitus. Huic nempe fatum fuerat occidi ab Hercule. Statim vero Minyae cauam intra nauim se contulere armati, atque ad transtra consederunt vnusquisque. (525) Tiphys a puppi inclamans iubet scalam intra nauim trahere, ac soluere oras. Verum solui funes non poterant, sed nodis inexplicabilibus quasi celeri vertigine constricti aptique tenebantur nauim retinentes. Obstupuit Tiphys, vir fortis, (530) et obmutescens dimisit e manibus nauis Argoae gubernacula, neque enim sperabat fluctus se transiturum. Scilicet Rhea irata *Minyis* erat, ob caesum populum. Cum vero ad medium processisset noctis via, astraque longe lucentia subissent fluenta Oceani, (535) oculos gubernatoris profundus incessit somnus, eique altum dormienti horrisona dea Minerua prope adstans vera imperia declarauit, et

ἧκε Ask. δέ οἱ ἧκε Voss. 534. πρᾶβεν. As. 536. Ὄσσοις — ἔοικε Voss. 538. παρετήτ. editi. πανετήτυμα coni. Doruil. ad Charit. p. 212. σύματ' PAI.

...en potest auctor dedisse οἱ, quod ...st in Mss., relatum ad nauem Argo, ...ermisit naui, quae ipsa se impli...uisse videbatur, gubernacula. Vid. ...nd. n. 1. Idem dicendum de v. 587. ...xspectabam hic, vt aliquam ra...ionem adferret suae suspicionis vir ...n Graecis libris versatissimus, hanc ...raesertim, esse similitudinem in...er notam, qua οἱ signabant Graeci ...alligraphi, et eam, qua πρὸ ex...rimerent. Sed cum altera οἱ ipse ...n suis libris et hoc ipso opere vta...r, de πρὸ nec apud ipsum nec ...ias quidquam huc vsque depre...ndi. GESN.

532. Κῦμα non fluctum tempe...tis, quae tum vrgeret, intelligo, ...d vniuersim, mare.

533. Hinc demum intelligimus, non solum Cyzicum sagitta Herculis cecidisse, sed plures illius socios. Nempe series rei ita ex Apollonio potest suppleri. Gigantibus pulsis (1, 989 — 1012) soluunt Minyae. Sed a procella reiiciuntur in litus Dolionum (1015) quod nec agnoscunt, nec ipsi ab illis agnoscuntur, sed Pelasgicos putant (1024). Hinc pugna etc. De Rhea sepulturam iniungente V. 545.

536. Illud ὄσσοις substituisse videtur aliquis corrector, poeticae dimensionis pariter et constructionis ignarus.

538. Παρετήτυμον nescio an vel auctoritate alia defendi vel ratione possit. Coniectura Doruiliana auctore suo digna. Sed verum puto παρ' — ἔφαινεν, tmesi consuetissima distra-

Ὧδε δ' ὁμοκλήσασα θεηγόρον ἔννεπε μῦθον·
„Εὕδεις Ἀγνιάδη γλυκερῷ βεβολημένος ὕπνῳ,
„Κῶμα περὶ βλεφάροισι βαλών· ἀλλ' ἔγρεο Τῖφ
„Κέκλεο δ' Ἡρώεσσι μολεῖν ἐπὶ νήνεμον ἀκτὴν,
„Νηὸς ἄπο προθορόντας, ὅθι ξένος ἐν ψαμάθοι
„Κεῖται ἀποφθίμενος· τῷ οἱ κτέρεα κτερεΐξαι
„Παμμήτειρα Ῥέη κέλεται γέρα, ἠδέ τε λοιβὰς
„Δεῦναι ὑποχθονίοισι, καὶ δάκρυα λειβέμεν ὄσσω
„Αἰδομένους θέμιν ἀγνοτελῆ ξενίην τε τράπεζαν·
„Ὃν ῥ' ἀέκων ἔκτεινε βαλὼν διὰ νύκτερον ὀρφνη
„Ἡρακλέης, θυμὸν δὲ θεᾶς ἐχολώσατο Ῥείης.
„Ἀλλ' ὁπόταν θεσμοῖς ξεῖνον σεβάσησθε θανόντα,
„Δίνδυμον αὐτίκ' ἔπειτα Ῥέης ἕδος εἰσαναβάντες,
„Ἱλασμοῖς ἱεροῖς γαίης ἀρέσασθε θύγατρα,
„Πείσματα δ' ἀράμενοι, τότε δὴ μνώεσθε πλόοιο.
Ὣς εἰποῦσα θεὰ πάλιν ἐτράπετ', ἶσον ὀϊστῷ
Οὐρανὸν ἐσσυμένη. τοῦ δ' αὐτίκα κῶμ' ἐκεδάσθη,
Πρύμνης δ' ἄλτο θοῶς· ἀνέγειρε δὲ λαὸν ἀϋτῇ,
Τοίχων ἔνθα καὶ ἔνθα παρακλιδὸν ὑπνώοντας,
Ψυχῇ ὑποτρομέων· ἄφαρ ἡρώεσσι δ' ὀνείρου
Φάσματα πᾶσιν ἔνισπεν, ἐπιδρομάδην ἀγορεύων.
Οἱ δὲ θοῶς ἤγερθεν, ἐπ' ἠόνα δ' ἄλτο ἕκαστος.
Ἡ δὲ κατ' ὀρφναίοιο πόλου χρυσήνιος ἠὼς

Ἀν

545. ἠδὲ τι Voss. 547. Αδομ. Voss. PAIC. ξενίην τραπ. PAIC. 548. ἔκτανε PAIC. 549. ἐχολώσατε Voss.

distractum, et a librariis spiritus et interpunctiones addentibus neglectum.

545. Terra mater suos filios post mortem complecti amat. Inter prima humanitatis ciuilitatisque praecepta merito refertur illa mortuorum reuerentia, et cura sepulturae, quam ideo religione deuinciendam iudicarunt, quod nimium quantum refert, scire, quis, et quomodo quisque mortuus sit, et non temere abiici hominum cadauera, et spem illa cura ali reditus in vitam, etc. Inter optima Orphei instituta referendum.

546. Καὶ δάκρυα λειβέμεν ὄσ Et hoc est γέρας mortuis debi Achilles apud Homerum Ὀδυ Πάτροκλον κλαίωμεν, ὃ γὰρ ἐστὶ θανόντων. Horat. Od. VI. l

— Vbi tu calentem
Debita sparges lacrym
uillam
Vatis amici.

547. Ἀγνοτελῆ θέμιν quod illud videtur indicare summa stimoniam cerimoniamque in

et ſic increpans diuinum dixit verbum: Dormis Agniade dulci percuſſus ſomno, (540) ſopore inuoluens palpebras? Quin ſurge, Tiphy, iube redire Heroas ad tranquillum litus, exſilientes naui, vbi hoſpes in arenis iacet occiſus, vt inferias illi perſoluant. Iubet omniparens Rhea, honorem et libamina (545) dare inferis, et lacrimas libare oculorum, fas pium reuerentes et hoſpitalem menſam. Hunc hoſpitem imprudens interemit iaculans per nocturnam caliginem Hercules: animum vero deae *ſic* in iram concitaſtis Rheae. Sed cum iuſtis honoraueritis hoſpitem mortuum, (550) ſtatim deinde Dindymon Rheae ſedem aſcendentes expiationibus ſacris *hanc* Terrae filiam placate, ac tum demum ſublatis oris nauigationem tentate. Sic fata dea, retro abiit ſagittae inſtar, in caelum emicans. Huius vero ſtatim diſſipatus eſt ſopor, (555) itaque puppi deſilit celeriter, et clamore populum (*ſocios*) excitat, lateribus hinc atque hinc acclines dormientes, animo tremens aliquantum, ſtatimque Heroibus ſomni viſa omnibus indicauit, curſim ea enarrans. Illi celeriter excitati, in litus pro ſe quisque deſiliunt. (560) Aurora interea aureis vtens habenis per obſcurum polum ortum

551. *Δινδιμ.* Voſſ. 552. *ἀρέσδε* PAIC. 555. *κῶμα κεδάσθη* Voſſ. 556. *αὔτμη* Voſſ. *ἀνεγεγαρε* PAI. 559. *πασι ἔειπεν* Voſſ. 560. *ἠιόνα* PAIC. Pro *δ' ἄλτο* lacuna Voſſ.

legibus obſeruandis. Violata hic erat per ignorantiam lex amicitiae, et ius hoſpitalitatis.

549. Non ſimpliciter damnauerim lectionem Voſſiani libri, *ἐχολώσατε*. Neque enim ſolus Hercules, certe non priuato nomine deliquerat. Itaque Minyae vniuerſi irritarunt Rheam. Etiam hoc nomine praeferendum videtur, quia plurali genere hic opus eſt, non medio, quod diſcrimen in hoc verbo diligenter ſeruat Homerus.

551. Strabo L. 12 p. 396 pr. ad Cyzicum Dindymum ponit, *ὄρος μονοφυὲς* (vno cacumine) *ἱερὸν ἔχον τῆς Δινδυμήνης μητρὸς τῶν θεῶν, ἵδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν.* V. ad v. 600 it. 635.

552. Hic Rhea terrae filia eſt: alias mater H. 13, 9. Nempe in quantum Saturni vxor, *τοπικὸν* numen, et perſona eſt, communem agnoſcit matrem Terram. Sed interdum ipſius Terrae rationes, principia, attributa complectitur. Cf. H. 25.

Ἀντολίην ἤνοιγεν, ἐδέχνυτο δ᾽ οὐρανὸς ὄρθρον·
Καὶ τότ᾽ ἀριστῆες Μινύαι νέκυν εἰσενόησαν
Αἵματι καὶ κονίῃ πεπαλαγμένον· ἀμφὶ γὰρ ἄλλοι
Δήϊοι ἀμφὶς ἔκειντο πελώρια σώματα θηρῶν.
Ἀλλ᾽ οἱ μὲν βασιλῆα περισταδὸν ἀμφιχυθέντες
Κύζικον εὐξέστοισιν ὑπὸ πλακέεσσιν ἔθηκαν,
Ἂν δ᾽ ἄρα τύμβον ἔχευαν, ἐδωμήσαντο δὲ σῆμα.
Φιτρὰς δ᾽ αἶψα κόμιζον, ἰδ᾽ ἔντομα πορσύνοντες
Παμμέλαν᾽ ἐν βόθροις κατεκαίαθον. αὐτὰρ ἔγωγε
Ψυχὴν ἱλασάμην, σπένδων μειλίγματα χύτλων,
Ὕδατί τ᾽ ἠδὲ γάλακτι, μελισσορύτων ἄπο νασμῶν,

Λοι-

562. Ἀντολίας Voſſ. 564. ἀμφὶ ἑταῖροι Voſſ. 565. ἄμμιγ᾽ ἔκειντο coni. Pierſ. Veriſ. 1, 2 p. 19. 567. πλατέεσσιν Voſſ. Aſ. 568. ἔθηκαν — δῶμα Voſſ. 570. βότροις μετ-

564. Neque hic contemnenda lectio Voſſiana, cuius indicio totum locum ita conſtituam, ἀμφὶς ἑταῖροι, Δήϊοι ἀμφὶς ἔκειντο, et hoc interpretatus ſum. Θῆρες reſpicit ad v. 513 Εἴκελα θηρσί.

567. Πλακέεσσιν poetica epentheſi excuſari forte poteſt, pro πλάκεσσιν. Sed forte etiam πλατὺν vel πλατὺ ſubſtantiue, eadem ſignificatione dixerunt, qua πλάκα. Quidquid ſit de forma, intelligo tabulas ſiue ligneas ſiue marmoreas, e quibus ſex minimum loculus compoſitus eſt.

569. Ἔντομα πορσύνοντες] Egregie his verſibus auctor noſter depingit inferiarum ritus, quod non capiunt interpretes. Apollonius, vbi parentalia Argonautarum circa Dolopis buſtum deſcribit lib. I. v. 587. haec habet:

Καί μιν κυδαίνοντες ὑπὸ κνέφας ἔντομα μήλων
Κῆαν.

ad quae Scholia: ἔντομα τὰ σφάγια, κυρίως τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς· οὕτω γὰρ θύουσι τοῖς χθονίοις· τοῖς δὲ οὐρανίοις ἄνω ἀναστρέφοντες τὸν τράχηλον σφάζουσιν. ESCH.

570. Παμμέλαν᾽ ἐν βόθροις] Nigras τοῖς χθονίοις pecudes mactatas, et ſacra in ſcrobibus facta probatur ex hoc loco. Vide ſumm[i] Theologi et Philologi B. Iohanni[s] Sauberti, Viri, dum viueret, d[e] ſtudiis noſtris optime meriti, Tracta[t]um de Sacrificiis, vbi prolixe hae[c] exſequitur. ESCH.

570. Inſtar omnium fuerit com[parare] Od. K, 517 coll. Λ, 25 Βό[θ]ρον ὀρύξαι κ. τ. λ. Ceterum no[n] monuit Eſchenbachius, vnde ha[beat] ſuum ſolius κατεκαίαθον, quo[d] bene ſubſtituit vulgato ad eum die[m] κατεκίαθον, neque ad ſenſum apt[o] neque ad numeros. Ἐκίαθεν eni[m] ἐπορεύετο eſt apud Heſych. et hab[et] ſyllabam κι breuem. Recte cont[ra] ea Cl. Pierſonus ex h. l. auxit ca[ta]logum verborum Atticorum i[n] -άθω ad Moerid. V. διωκάθω p. 1[..] GESN.

572. Ὕδατί τ᾽] Graue me[n]dum, quod huic verſui inerat, [le]uioris obliuionem adduxit; qu[ia] eni[m]

tum aperit, recipitque caelum diluculum. Hic proceres Minyae mortuum agnoſcunt ſanguine foedatum ac puluere: circa eum alii ſocii, hoſtes item circa illum iacebant, portentoſa ferorum corpora. Sed hi regem Cyzicum vndique circumfuſi bene raſis ſub tabulis poſuere, tumulumque exaggerarunt, aedificaruntque monimentum. Tum ſtipites celeriter comportarunt, et inferias parantes nigras combuſſerunt in ſcrobibus. Ego vero animam placaui, placamenta pinguium humorum libans, aqua et lacte mellifluis absque liquoribus *tanquam* libationibus *corpus* adſpergens, meis-

εκαι. Voſſ. et mar. *κατεκαί*. Rell. *κατεκί*. 571. *ἱλασκόμην — μύθων*. 572. *ὕδατι δ'* Aſ. *ἄπονας μῶς* PAI. *— ῥύτοις ἅμα νασμοῖς* Aſ.

enim pro *ἄπονας μῶς*, (vt edit. Flor. et Ald. habent) repoſuiſſem *ἀπὸ νασμῶν*, oblitus ſum et *μελισσοῤῥύτων* pro *μελισσορύτων* reponere. Quamquam ſecundum quosdam haec lectio defendi poteſt, ſicut et ſimiles. H. STEH.

572. *Νασμῶν*] Forte *ναστῶν*. *ναστὸς* enim fuit inter panes, qui in ſacrificiis olim Diis proferebantur, fere ex melle et vuis paſſis conficiebatur aliisque aromatis. Qui tamen pauperiores erant, ex oleo tantum faciebant. *Ναστὸς*, inquit Suidas, *ἀρσενικῶς, πλακοῦς, ἢ θερμὸς ἄρτος μετ' ἐλαίου*. Euſtathius. *Ναστὸς ἄρτος ἐπιθετικῶς, ὁ πυκνὸς, καὶ πεπιλημένος, καὶ ναστὸς προσηγορικῶς εἶδος ἄρτου πεπιλημένου, καὶ ναστὸς, πλακοῦς, ἔχων ἔνδον καρύας, παρὰ τὸ νάσσω, τὸ συμπιλῶ*. ESCHENB.

572. Habet impeditum quiddam vulgata lectio, cui parum aberat, quin ſubſtituerem, *Ὕδατί τ' ἠδὲ γάλακτι μελισσορύτοις ἅμα νασμοῖς*. Certe ita conueniret propius cum Vratislaeano codice, et vniformis eſſet conſtructio. Si vulgata *ἄπο νασμῶν* (deformata in primis editionibus, non tamen abolita) verior eſt, excluſum ab his inferiis mel eſt, quod apud Homerum adhibetur Od. Κ, 516 et Λ, 27 *Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ. Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι*. Operoſius forte ſacrum fuit, quo euocarentur ad colloquium manes, quam quo conderentur. Vtrum vero noſter *μελισσορύτων νασμῶν* nomine ſimpliciter mel intelligat, an *μελίκρητον* Homeri, dubitari poteſt. Audiamus de hoc Euſt. ad Od. Κ, 518 p. 411, 12 *Μελίκρατον οἱ παλαιοὶ μίγμα φασὶ μέλιτος καὶ γάλακτος ἐνταῦθα. Οἱ μέντοι μεθ' Ὅμηρον μέχρι καὶ ἐσάρτι κρᾶμα μέλιτος καὶ ὕδατος τὸ μελίκρατον οἴδασι*. Parua Schol. *Μελικρήτῳ, τῷ μετὰ γάλακτος μέλιτι*. Sed neutrum horum poſſe intelligi, ſeparata lactis et aquae mentio oſtendit. Supereſt *μελικράτου* genus tertium e vino, quod *mulſum* Latini vocant. Gloſſ. Philox. *Μελίκρατον, mulſum*. Quod ſi admittas, habebis in hoc verſu trigam nobilium liquorum aquae additam. Vid. Eurip. Oreſte v. 115, et quos

Λοιβαῖς συμπροχέων, καὶ ἐμοῖς ὕμνοισι γεραίρων.
Αὐτὸς δ' Αἰσονίδης προὔθήκατο πᾶσιν ἄεθλον,
Τυμβιδίȣ ἐπ' ἀγῶνος ἑταίροις ἔμμεν' ἄεθλα,
Δῶρα τά οἱ πόρεν Ὑψιπύλη Λήμνοιο φέρεσθαι.
Ἀγκαίῳ μὲν δῶκε πάλης γέρας ἀμφικύπελλον
Χρύσειον πολυχανδὲς ἔχειν· Πηλῆϊ δ' ἔδωκε
Θάσσοντι ςαδίοισι, ποδωκείης ἕνεκα σφῆς,
Χλαῖναν φοινικέην, πολυδαίδαλον ἔργον Ἀθήνης.
Αὐτὰρ παγκρατίοιο δόκεν γέρας Ἡρακλῆϊ,
Ἀργύρεον κρητῆρα πανάιολον· ἱππασίης δὲ,
Κάςορι, χρυσείων φαλάρων πολυτεχνέα κόσμον
Πυγμαχίης δὲ τάπητα λιανθέα δῶκε φέρεσθαι
Ἀθλοφόρῳ Πολυδεύκει· ὃ γὰρ κλυτὸν ἤρατο νῖκο
Αὐτὸς δ' εὐκαμπὲς τόξον λάβεν ἠδ' ἄρ' ὀϊςȣ̃ς,
Τεινόμενος δέ οἱ [illegible]ε βέλος, τὸ δ' ἀπέπτατο τηλȣ̃·
Δῶκε δ' ἄρ' Αἰσονίδῃ Μινύης λόχος εἵνεκα τιμῆς
Πλέξας εὐανθῆ ςέφανον τανυφύλλȣ ἐλαίης.
Αὐτὰρ ἐμοὶ μολπῆς γέρας ὤπασε δῖος Ἰήσων,

Ἐμβ

577. δῶκε πάλης Voſſ. πάγης edd. 579. Θάσσοντ' ἐν coni. Pierſ. Veriſ. p. 113. 581. F. Παγ — ȣ̓ δῶκεν vel δόσκεν. π — οιο

quos laudat Dan. Heinſ. ad Sil. 13, 434 *Fundunt mella ſuper Bacchique et lactis honorem.* Ita illud ἄπο penacutum ſimul vinum et mel, gaudia duo hominum, ab his inferiis excludet: ſi vero ἅμα verius eſt, vtraque illis admiſcebit. Sed ſupereſt ea ratio, quam ad finem reſeruaui, quia ceteris illam praefero. Legendum puto vna literula addita μελισσορύτων τ' ἀπὸ νασμῶν λοιβαῖς, quae mellis Paraphraſis eſt. Sic habebimus inferias plenas, aquam, lac, et mel, νηφαλίων θυσίαν, de qua mox aliquid dicemus ad v. 601. Si proximum etiam tentare verſum liceat, totum locum ita conſtituam, Ὕδατι δ', ἠδὲ γάλακτι, μελισσορύτων τ' ἀπὸ νασμῶν Λοιβαῖσιν προχέων. Vix ab attentis hominibus et Graece non indoctis, Graecis praeſertim rec tioribus ſatis diſtinguuntur ling et aure haec duo Λοιβαῖς συμπ χέων et Λοιβαῖσιν προχέων. Ef gere ita liceret verbum nond obſeruatum συμπροχέειν. Ver de hoc, ac de toto adeo hoc gen coniecturali non contenderim.

GESN.

574. Illa funebria certamina que ludi, in quibus ab Hom inde ingenia oſtenderunt poetae dentur originem hanc habere crudelitatem barbaram hom mactandi ad ſepulcra et rogos, latim mitigarent.

577. Πάλης pro πάγης vel libri auctoritate auſus eſſem in textum recipere.

579. Θάσσοντι dari non curſus praemium, h. e. ſe

meisque honorans hymnis. Ipse Aesonides ludos proponit omnibus, vt de funebri certamine essent sociis omnibus praemia, *nempe* dona, quae Lemno auferenda illi dederat Hypsipyle. Atque Ancaeo quidem palaestrae praemium dedit poculum duplex, aureum, capax valde, sibi habendum: Pelei autem stadio velociori, pedum velocitatis causa sagulum purpureum, multae artis opus Mineruae. Pancratii praemium tribuit Herculi argenteum cratera, vndique figuris asperum: equestris certaminis Castori, aurearum phalerarum artificiosum monile: pugilatus tapetem floridum ferendum dedit victori Polluci, is enim celebrem retulit victoriam. Ipse *Iason* flexilem arcum capit et sagittas. Intentus ille expellit iaculum, quod longe euolauit. Dedit ergo Aesonidi honoris causa Minyae caterua textam floridam coronam longe ramos extendentis oliuae. Mihi denique carminis praemium diuus Iason

πόρεν coni. Piers. l. c. 582. ἱππ. τε Voss. 583. Ἀθηνης χρυσ. Voss. 584. διανθ. coni. Ruhnken. 585. νεῖκος Voss. 586. λάβε τόξον Voss. 587. προῆκε coni. Steph.

quae consueta verbi vis est v. g. Eurip. Hec. 36. Proxime verum itaque Piersonus collineauit, θάσσονι ἐν σταδίοισι. Ac de θάσσονι plane dubitare non possum, nisi quis ostendat, comparatiuum declinari posse, vt Participium per οντος. Praepositionis ἐν certe necessitas non apparet. Interim versionem accommodaui ad θάσσονι.

581. Facilis esset emendatio proposita rarioris verbi δόκεν. Sed ob id ipsum, quod poetae nimis facile in mentem potuit venire sic euitare verbum insolitum, credibile est illum voluisse δόκεν. Ac video in hanc sententiam iam disputatum a Casaub. ad Pollio. XXX. Tyr. 10 p. 279 vbi sic excusat, quod est in Vet. Epigrammate, ἐνδίδοσι.

584. Λιανθέα tueri non ausim nec auctoritate nec analogia: διανθέα explicaui in Ind. Λ et Δ quam facile confundantur, satis ipsa figura indicat.

586. Ἠδ᾽ ἄρ᾽ οἱ ταὶ cum dicitur, non vacat aut explet modo versum ἄρα· sed consecutionem naturalem notat. Arcum sumit, et, quod consequens est, sagittas. Ita mox 588 Δῶκε δ᾽ ἄρ᾽ Αἰσονίδῃ.

587. Τανόμενος] Pro οἱ ἧκε reponendum censeo προῆκε, sic enim et versu 531. pro Ἄφθογγος δὲ προῆκε χερῶν legitur in quibusdam editionibus Ἄφθογγος δὲ οἱ ἧκε χερῶν. H. STEPH.

587. Τανόμενος] Pro οἱ ἧκε, cum Stephano repone προῆκε. ESCH. Vid. ad v. 531 GESN.

Ἐμβάδα χρυσείην γε τιταινομένην πτερύγεσσι.
Αὐτὸ δ' ἀγὼν, φήμη δὲ διέπτατο δώματος εἴσω
Κυζίκου οἰχομένου· τοῦ δ' ὡς κλύε σύγγαμος αἰνὴ,
Στήθεα δρυπτομένη λίγ' ἐκώκυεν· ἀμφὶ δὲ δειρῆς
Ἁψαμένη μήρινθα, βρόχῳ ἀπὸ θυμὸν ὄλεσσε.
Γῆ δ' ὑποδεξαμένη πλακὶ δάκρυα, πίδακος ἧκε
Βλύζουσ' ἀργυροειδὲς ὕδωρ κρήνης ἀπὸ μέσσης,
Ἀέναον· Κλείτην δὲ περικτίονες καλέουσι.
Καὶ τότε δὴ βασιλῆες ὀνειροπόλον διὰ πύστιν,
Κνημὸν ἐπὶ ζάθεον, καὶ Δίνδυμον ἀκρώρειαν,
Ὄφρα κε μειλίξαιντο ἐυοινίστοις ἐπὶ λοιβαῖς

Ῥείην

594. Vid. leg. δειρῇ. 598. κλαινὴν edd. περικτύ. Voss.

591. Ἐμβάδας calceorum genus in Tragicorum apparatu ponit Pollux 4, 115. Idem 7, 85 εὐτελὲς μὲν, ait, ὑπόδημα, Θρᾴκιον δὲ τὸ εὕρημα, τὴν δὲ ἰδέαν κοθόρνοις ταπεινοῖς ἔοικε. Πτέρυγας possumus quidem forte intelligere partes quasdam calceorum lateribus assutas, corrigias: quarum tamen mentionem aliam nondum obseruaui. Sed pronius est, talaria intelligi, Mercurii gestamen. Vid. hic H. 27, 4 et χρύσεια πέδιλα Ιλ. Ω, 341. Mercurialem virum (Hor. Od. 2, 17, 29.) Mercurii instar fidibus et voce canentem sic honorant Minyae. Quid aliud facit Orpheus, quam *facundus nepos Atlantis* (Hor. Od. 1, 10.) et *curuae lyrae parens*, *Qui feros cultus hominum recentum voce formauit* etc. Τιταινομένην ad ἐμβάδα relatum potest et ad intentionem corrigiarum referri, et quatenus talaribus assutis ipsi cothurni extensi et maiores videntur.

594. Στήθεα] Non dubium est quin legi debeat δειρῇ, non δειρῆς, nec δειρῆς. H. STEPH.

594. Δειρῆς] Vtique hic legendum est δειρῇ pro δειρῆς vel δειρῆς. ESCHENB.

596. Apollonius 1, 1063 etiam nympharum vicinarum lacrimas adhibet ad fontem hunc *Clitae* efficiendum. *Clitae*, inquam, Κλείτης, vt ter est apud Apollonium v. 976, 1063 et 1069, repetitum vbique a Scholiaste, vt adeo non ita facile corrumpi, vt apud nostrum, potuerit. Apud Val. Fl. 3, 11 et 314 *Clyten* reliquit Burmannus, cum tamen *Cliten* iam dedissent quidam editores, et laudasset locum Apollonii Carrion.

598. Κλαινὴν] Κλείτην scribe, non κλαινὴν, Κλείτη enim Vxor erat Cyzici, a qua fons nomen duxit,

ἣν καλέουσι
Κλείτην, δυστήνοιο περικλεὲς οὔνομα νύμφης. ESCH.

599. Ὀνειροπόλον διὰ πύστιν] Respicit ad ea, quae superius v. 534. seqq. de visione nocturna gubernatoris narrauit, ad quae recurre. ESCHENB.

599. Πύστις ὀνειροπόλος, illud ipsum, quod per quietem in somnio auditum est, oraculum somnii, de quo 551 sq.

600. Κνημὸν ἐπὶ ζάθεον] Sensus paululum obscurus est propter

Elli

Iason dedit, (590) cothurnum aureum alis (*corrigiis*) intendendum. Sic soluti ludi, fama vero *interea* volauerat intra domum Cyzici interemti: quod vt audiuit infelix coniux, pectus lanians acutum plorauit, nexoque circa collum fune, laqueo animam perdidit. (595) Terra autem aequore accipiens lacrimas, fontis aquam argento similem lacu ex medio emisit perennem, Cliten appellant vicini. Tum reges propter ea, quae per quietem audierant, collem in diuinum et Dindymum cacumen (600) *pergunt*, vt libationibus vino abundantibus

600. δύνδιμ. Voss.

Ellipsin verbi. Sed fortassis deest versus? ESCH.

600. Deest verbum *iuerunt*, *ascenderunt* vel simile. Vnde Wesselingius Prob. 9 p. 79 coniiciebat pro ἀκρωρείαν legendum, ἄκρον ἔρεσαν. Sed pulchre vidit Vir summus, posse etiam omitti verbum. Et videtur sane praepositionis ἐπὶ aliarumque haec vis esse, vt verbum ἔναι vel ἰέναι interdum includant. Non ita facilis Piersonus, Veris. 1, 9 p. 113 versum excidisse putat inter 599 et 600 qui scilicet periphrasin huius verbi omissi vel exegesin adeo haberet. Mihi plane nihil obscuritatis ellipsis illa habere videtur, non magis quam illa Cic. Acad. 2, 1 *Deinde absens factus aedilis, continuo praetor post in Africam: inde ad consulatum*: neque adeo tam vehementi medicina (qualis est illa Tagliacotiana curtorum chirurgia) indigere. Est aliud in hoc versu non indignum obseruatione, Κνημὸν singulari numero poni, quo pluraliter vti solet Homerus. Forte non sine respectu ipsius formae huius montis hoc dictum, de qua ad v. 551. GESN.

601. Mihi non est dubium, quin maluerit auctor carminis cum apostropho dicere μειλίξαιντ' quam primam in εὐαινίστοις corripere, quod cum moneret Doruilius Van. Crit. p. 378, simul ostendit, etiam alioqui displicere sibi totum illud nomen. Hinc in mentem venit Piersono Veris. p. 114 mutare illud in εὐαγνίστοις, simile illi ἀνάγνιστος quod habetur 1229, et synonymum pene nomini εὐαγὲς Apollo. 1, 1140 et 2, 717. Ego cogitabam aliquando, legendum esse μειλίξαντο ἀοινίστοις, et intelligebam eandem rem, quam vocat Aeschylus Eumen. 107 χοὰς ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα. De similitudine in quibusdam libris pene indiscreta literae α et diphthongi εὐ constat. Iam fuisse frequentes admodum eas, quas νηφαλίους θυσίας vocant, vini expertes, docet copiose admodum Vet. Schol. Sophocl. Oedip. in Col. v. 101, qui locus etiam in Suidae collectaneis habetur V. Νηφάλιος θυσία. Cum vero haec sacra Rheae facta, nihil iam ad χοὰς s. inferias Cyzico debitas pertineant, nec inter eas Deas Rhea l. c. memoretur, cui ἄοινα sacra fiant, nihil ausim mutare. Nec vero offendit me alterutrum

Πείσματα δ᾽ ἡπλώθη· κραιπνὸν δ᾽ ἀπὸ Δινδύμου ἄκρης
Ἴκμενον οὖρον ἀφῆκε Ῥέη λιπαροκρήδεμνος.
Ἡμεῖς δ᾽ αὖτ᾽ ἐπὶ νηὶ γεράσμια πέμπομεν ἱρὰ,
Βωμὸν ἐπιστέψαντες ἐπ᾽ ἐσσομένοισι πυθέσθαι
Πεισματίην, τόθι πείσμαθ᾽ ἐεργομένης λύθεν Ἀργοῦς.
Αὐτὰρ ἐπεί γ᾽ ὀθόνας ἀκάτου πλήρωσεν ἀήτης,
Θεῖνε διαπρήσσουσ᾽ ἁλιμυρέα κύματα πόντου,
Μύσια δὲ σχεδόθεν παραμείβετο πείρατα γαίης·
Αἶψα δὲ Ῥυνδακίους προχοὰς ἤμειψε θέουσα,
Καλούς τ᾽ ἐς λιμένας ψαμαθώδεας εἰσεπέρησε,
Κέλσε δ᾽ ἐπ᾽ αἰγιαλῷ. προτόνοις δ᾽ ἐπὶ χεῖρα βαλόντες,
Ἱστία μηρύσαντο καὶ ἀμφ᾽ ἱμᾶσιν ἔδησαν.
Κλίμακα δ᾽ ἐξώκειλαν ἐπὶ χθονὸς, ἐκ δ᾽ ἔβαν αὐτοὶ

Σίτου

622. Ἱστία coni. Pierſ. δινδίμου Voſſ. 624. ἐπὶ θοῇ coni. Pierſ.
625. ἐπισκήψ. vid. leg. πιθέσθαι Voſſ. 626. Πει — ης Voſſ.

622. Ἁπλοῦσθαι ſcriptori noſtro ſignificat extendi, quod Index docet. Rudentes, quatenus iis deligatur nauis, infleƈtuntur, ſtringuntur in nodum: nodus vt ſoluatur, extendi in reƈtum debet funis. Velorum deinde fit mentio v. 627. Hic poeta hoc agit, vt arae πεισματίης rationem reddat.

624. Quid hoc ἐπὶ νηί; an in naui ara eſt ad ſacrificandum? Poteſt fieri: hodie certe focos ſat luculentos in nauibus eſſe nouimus. Sed nihil opus eſt, vt fuerit in Argo. Sed in naui, cum iamiam ſoluit, de prora vel de puppi nauis, porrici exta in mare, libari Neptuno vinum, moris eſt. Liu. 29, 27 *Scipio* a Sicilia ſoluens in Africam, *e praetoria naui, Dii Deaeque, inquit* etc. et *ſecundum eas preces cruda exta viƈtimae, vti mos eſt, in mare porricit.* Virg. Aen. 5, 775 Aeneas, cum iam *ſolui funem iuſſiſſet, Stans procul in prora pateram tenet, extaque ſalſos Porricit in fluƈtus, ac vina liquentia fundit.* Sed quid opus eſt alienis? De ipſa Argo Pindarus primum ab Iolco ſoluente (Pyth. Δ, 341) Ἐπεὶ δ᾽ ἐμβόλου Κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν· Χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν Ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ precatur Iouem, et bono omine accepto nauigat. Verbo, ſublatis iam ancoris ſolemnem in puppi libationem peragit Iaſon. Sic in hoc loco γεράσμια ἱερὰ πέμπειν eſt exta porricere, libare vinum in mare.

625. Sed quomodo in naui coronant aram? Non opus eſt vt ara in naui fuerit: ſed forte ex ipſa naui viridia verſus eam proiecere. Quin ſtilo Pindarico id ipſum erat ἐπιστέψαι, στεφανῶσαι, quod praeconio illam honorarunt, quod iuſſerunt Πεισματίαν vel θεᾶς Πεισματίας aram vocari a poſteris. Verum nec diſſimulandum eſt, quid mihi maxime placeat. Legamus ἐπισκήψαντες, et ſimul abruptae et hiulcae aliquantum conſtruƈtioni medea-

tur funes, atque orae explicantur, fubitoque de fumma Dindymo fecundum ventum immittit Rhea *turrito* capitis ornatu fplendida. Nos rurfus in ipfa naui honorifica porricimus exta, aram Deae in templo Dindymeno factam iubentes apud pofteros vocari (625) Pifmatiae *Rheae f. orariae*. Tum *denique* orae Argus *adhuc* retentae *plane* folutae funt. Poftquam vela nauis impleuit ventus, verberauit ea perrumpendo falfos ponti fluctus, Myfiae fines terrae prope praeteriuit, ftatimque Rhyndacia oftia curfu tranfit, (630) Pulchrosque Portus arenofos intrat, appellitque ad litus. Tum rudentibus iniicientes manus, conuoluunt vela et loris alligant, fcalisque in terram eiectis, exfcendunt ipfi cibum

627. *ἔκα ῥ' ὀθό*. Voff. 628. *Θυνε* Voff. Vid. Not. 629. *Μυσεω* Voff. 633. *μηρυσσαντο* Voff. *ἱμᾶσσιν* Af. PAIC.

medeamur. Certe ita interpretatus fum. Si quis auctoritatem verbi defideret, in Aiace Sophoclea v. 567 et 763 fic vfurpatum videbit, vt iniungere et commendare et velut inculcare fignificet.

ıabat. (795) Currum deinde aureum cum filiabus conſcendit Aeetes, quem celeriter per campum tulerunt ꝫqui per arundinoſi ripas fluminis, vbi ſemper vota fluentis et litantia ferebant ſacra. Illas ipſas ripas ſubiens venit Argo, (800) adſpicit Aeetes, videtque multos deinceps Heroas vna ſedentes immortalibus ſimiles, ta circa illos lucebant arma. Inter omnes autem deꝫore nobilis Iaſon eminebat: adeo illum in omnibus ıonorabat Iuno, dederatque illi (805) formam, ſtaturam, virtutem praeſtantiſſimam. Sed cum iam ex propinquo coniicerent in ſe inuicem oculos, Aeetes pariter et Minyae circa praecordia obriguerunt. Primo nim obtutu Aeetes ſuo in curru ſolis inſtar circumlucebat ſplendoribus a peplis aureis; (810) caput illi cinctum erat corona fimbriata radiis ardentibus, ſceptrum manibus librabat fulguribus ſimile. Ambae ab vtroque ıtere ſedebant filiae, quibus laetus et gloriabundus ferebatur. Sic appropinquans naui terribile oculis tuetur, (815) vocemque de pectore fremebundam emittit, orrendum minitans grauiterque reboans inſonuit, Dicite, qui eſtis, aut quae vobis neceſſitas venit, et vnde, vt

808. περι χρέια Voſſ. 810. περϊζ χρυσ. Voſſ. F. πέριξ vera lectio. 811. θυσανο Voſſ. 812. Ακτισι φλ. Voſſ. 813. F. leg. ἔνδον. 815. Σμερδὸν P. 818. Φράζετε Voſſ. ἑσὸν id. F. χρέος ὔμμιν.

809. Toto ornatu patria Solis inſignia oſtentat Aeetes V. ad 870.

811. Ἀμφὶ δέ οἱ] Legendum ediderim — στεφάνη κεφαλὴν ἔχε θυσανόεσσα. H. STEPH.

811. Ἀμφὶ δέ οἱ] Stephanus ꝫt: στεφάνη κεφαλὴν ἔχε θυσσανόεσσα. ESCH.

818. Clarckiana illa ſententia, a negat vnquam dualem pro pluli poni, nimis Geometrica et abſtta eſt, quod pulchre vidit ad A, 566 Erneſtus, et pluribus l ipſius Homeri exemplis poteſt oſtendi. Sed hoc loco vti non lubet, ob Voſſianam lectionem φράζετε· quamquam quod vna manu dare videtur hic codex Clarckio, id altera idem adimit: ἑσὸν enim duale eſt. Sed verſui non congruit, et forte ortum ab homine, qui indicare vellet, ad φράζετον referendum fuiſſe ἑσόν. Cf. 843. 1089. it. de Lapp. Pr. 77. Sed difficilius eſt videre, quomodo cohaereant, quae abrupta et regia breuitate ſequuntur. Concedamus, formam pronominis ὑμὰς recte ſe habere; demus

„ Ἔκ ποθεν ἐλδομένοισι Κυτηΐδα γαῖαν ἀμεῖψαι.
„ Οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἐμὴν ἀλέγοντες ἀνακτορίην πεφόβησθε,
„ Οὐδὲ λεὼν σκήπτροισιν ἐπήρανον ἡμετέροισι
„ Κόλχων, οἵ κεν Ἄρηϊ δορυσσόῳ εἰσὶν ἀτειρεῖς,
„ Ἐς μόθον ἱεμένοις εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι.
Ὣς ἔφαθ᾽, οἱ δ᾽ ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.
Αἰσονίδῃ δ᾽ ἄρα θάρσος ἐνὶ πραπίδεσσιν ὄπασσεν
Ἥρη πρέσβα θεά· μέγα δ᾽ ἀντιάχων ἐγεγώνει,
„ Οὔτέ νυ ληϊστῆρες ἱκάνομεν, οὔτέ τιν᾽ ἄλλην
„ Γαῖαν ἐπιστρωφῶντες, ἐγείρομεν ὕβριος αἴσῃ
„ Ἔργ᾽ ἄδικ᾽ ἀνθρώποισιν, ἃ δὴ πολέες μεμάασι
„ Τέτλαμεν ἐν βιοτῇ κέρδους ἕνεκεν σφετέροιο.
„ Ἀλλά μοι ἆθλον ἔταξε Ποσειδῶνος φίλος υἱὸς
„ Πατροκασίγνητος Πελίας, χρύσεον ποτὶ κῶας
„ Λαζομένους ἀφικέσθαι ἐϋκτιμένην ἐς Ἰωλκόν.
„ Οὐδέ τι δὴ νώνυμοι ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι·
„ Οἱ μὲν γὰρ μακάρων, οἱ δ᾽ Ἡρώων γένος ἐσμέν.
„ Οὐδέ τι μὴν πολέμων ἀδαήμονες οὐδὲ μόθοιο,
„ Ξεῖνοι δ᾽ εὐχόμεθ᾽ εἶναι ἐφέστιοι, ὡς γὰρ ἄμεινον.
Ὣς φάτο. τοῦ δ᾽ ἄρα θυμὸς ὀρίνετο ἶσος ἀέλλῃ
Αἰήτεω, καὶ σμερδνὸν ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν,
Φρικτὸν ἐφ᾽ Ἡρώεσσι δόλον καὶ μῆτιν ὑφαίνων·
Ὀψὲ δὲ δὴ Μινύαισι τοίην ἀνενείκατο φωνήν·

„ E

821. κεατσκ. Voſſ. ἐπίρανον PAIC. 822. δορησσόο ἰ ασιν (ἰασιν I) ἀτηρᾶς PAIC. δορυσσόοι alii. ἀτηρᾶς etiam Aſ. et Voſſ.

demus ἱκάνει με χρέος ſignificare, *inuadit me neceſſitas*, vel *venit mihi vſus*: quid ſibi vult Datiuus proximi verſus ἐλδομένοισι? Sublata erit difficultas ſi legamus pro ὑμᾶς, conſueta Doribus forma Datiui ὔμμιν. Sic ſententia orietur, quam interpretatus ſum. Ἔκ πόθεν inculcatum velut parentheſi peculiarem quaeſtionem continet de patria, vel loco vnde veniant.

819. Κυτηΐδα γαῖαν] Tzetzes ad Lycophronem Κύταια, πόλις Κολχίδος, ὅθεν αὐτὴν (Μήδειαν) Κυταϊκὴν ἔφη. Confer Apollon. Scho ad lib. II. v. 401. Stephanum Byzantin. de vrbibus etc. ESCH.

821. Ἐπήρανον] Perdrierius pr ἐπήρανον, ἐπήρατον ſubſtituit, ſed ni hil opus eſt hac correctione. ESCH

821. Cl. Pierſo. Veriſ. 1, 9 p. 10 malit σκήπτροις ἐπήρανον, tuetu que illam adiutoris vel auxiliator ſignificationem, de qua dictum a v. 86. Hanc notionem facile equ dem hic admiſerim: quamuis am bilitati fauet illa praeclara Cy morientis vox apud Xenoph. C

10

vt velletis in Cytaidem terram transire? Meum igitur nihil curantes imperium non extimuistis? neque populum sceptris adiutorem nostris Colchorum, qui vel ipsi Marti hasta impetuoso sunt inuiolabiles, *contra se* euntibus in pugnam fortiter pugnare docti? Sic fatur, at illi ne hiant quidem silentio. Igitur Aesonidi audaciam dedit in praecordiis Iuno veneranda dea, qui magnum contra fremens insonuit: Neque vt latrones venimus, neque alienam terram vagabundi obeuntes per contumeliam facta iniuria in homines suscipimus, qualia conantur multi audere in vita sui emolumenti causa: verum mihi laborem iniunxit Neptuni filius, *meus* patruus Pelias, vt *non nisi* aurea pelle capta redeamus in bene conditam Iolcum. Neque ignobiles sunt cari mihi socii. Alii deorum, Heroum alii genus sumus, neque bellorum imperiti neque pugnae. Hospites autem tui potius domestici optamus esse. Sic enim melius est. Sic dixit. Animus vero Aeetae procellae instar commotus est, et horrendum obtutus oculis terribilem contra heroas dolum et consilium texens. Post longum vero internallum talem

823. Ἐς omissum PAIC. 824. σιωπᾷ PAI. 826. θεῶν Voss. 827. Ουτε τι Voss. 828. Αιαν Voss. 829. μεμάασσι As. PAIC. 830. ἕνεκα Voss. 834. Οὐδέ κοι δὴ sph. Esch. οἱ γωνυμοι Voss. 836. οἱ πολε. Voss.

p. 8, 7 οἱ πολλοὶ φίλοι σκήπτρων βασιλεῦσιν ἀληθέστατοι· sceptris fauens populus magnum regni praesidium. Sed puto ἐπήρανον et ἐπίρανον eandem vim habere: hoc omissum apostrophum poetice figuratum quodam modo. GESN.

822. Δορυσσόῳ legendum praeire monuit Pierso. l. c. Talia peccata in libros irrepserunt occasione mutatae antiquae scripturae, et introductum longum O.

828. Ὕβριος εἵσῃ nihil aliud significat, quam per iniuriam. Est enim saepe simpliciter ratio vel conditio, vt apud Pindarum Pyth. Γ, 108. Ol. ς, 175 etc.

831. Genealogia ab ipso Homero prodita Ὀδ. Λ, 253 et 258 Tyro Salmonei F. ex Cretheo, cui nupta erat, Aesonem peperit Iasonis patrem, ex Neptuno vero Peliam. Hunc igitur πατροκασίγνητον, vterinum fratrem sui patris, vocat h. l. Iason.

841. Posterius hemistichion τοίην ἀντιάχουσα φωνὴν est etiam Moschi Id. 2, 130.

„Εἰ μὲν δὴ Κόλχοισιν ἀρηϊφάτοισιν ἐσάντα
„Μαρναμένοις ἐπιθῆθον, ἀποφθίσειν μένος ἄνδρας
„Ἔλπεσθ', ὡς κεν ἀδήριτον γέρας ἔσσετ' ἐν ὑμῖν,
„Κῶας ἀειρομένους ἰέναι πρὸς πατρίδα γαῖαν·
„Εἰ δέ γε παῦροι ἐόντες ὑποκλίνητε φάλαγγι
„Ἡμετέρῃ, τότε νῆα καταφθιμένοισι κεάξαι.
„Εἰ δὲ κέ μοι πείθησθε, τὸ καὶ πολὺ κέρδιόν ἐστιν,
„Κρίναντες τιν' ἄριστον, ἢ ὃς βασιλεύτερός ἐστιν,
„Ὄφρά κε πειρηθεὶς ἀέθλων, οὓς αὐτὸς ἐνίσπω,
„Κῶας ἕλῃ χρύσειον· ὃ καὶ γέρας ἔσσεται ὑμῖν.
Ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο· τοὶ δ' ἄρ' ὀπίσσω
Βῆσαν ἀμειβόμενοι, Μινύαις δ' ἄχος ἔπλετο θυμῷ
Καί ῥα τόθ' Ἡρακλῆος ἔχον πόθον, οὐ γὰρ ἔμιμνο[ν]
Ἔθνος ἀμαιμάκετον Κόλχων καὶ θήριον Ἄρην.
Νῦν δέ σοι, ὦ Μουσαῖε, παραδρομάδην ἀγορεύσω
Οἷά περ αἰνόμοροι Μινύαι πάθον, ἠδ' ὅσ' ἔρεξαν·
Ὥς τ' ἀψόρρος ὄρουσ' ἐκ δώματος Αἰήταο
Ἄργος ἐϋμμελίης Φρίξου παῖς, ὅν ῥα ἔτικτε
Χαλκιόπη (τῷ γὰρ παρελέξατο, πατρὸς ἐνιπῇ,
Ἡνίχ' ὑπὲρ νώτῳ κριοῦ Κόλχοισι πελάσθη)
Ἀγγέλλων Μινύαισιν, ἃ δὴ τελέεσθαι ἔμελλε
Σφῆσιν ἀτασθαλίῃσι πολυφθόρου Αἰήταο·

Ἠ

843. επιθεαθον Voss. ἀνδρῶν Af. et Voss. 844. F. ἔσσεται ὑμῖν.
846. Ει δε νυ π. Voss. ἐνόντες AIC. 847. Ἡμέτεροι PAIC.

843. Ἐπιθῆθον Dualis pro Plur. vid. ad 818.

847. Minae similes Iouialibus illis Οδ. M, 388 Τῶν δ' ἐγὼ — νῆα — κεραυνῷ — κεάσαιμι. Saepe illo verbo futuri aut infiniti temporis in findendi, frangendique significatione vtitur Homerus, sed nunquam aliter quam per σ aut σσ. Sed ideo mutatione nihil opus est. Abruptam orationem, qualis est merito minarum regiarum, in lectorum, qui frigidi haec cognoscunt, gratiam expleui.

851. Apodosis orationis Aeët[ae] inest in verbis ὃ καὶ γέρας ἔσσετ[αι] ὑμῖν. Nempe obseruarunt ol[im] Grammatici, nominatim Hesychi[us] h. v. ὃ etiam poni pro δὲ ὃ vel [...] Monuerunt antiqui interpretes [...] primis ad Οδ. Ψ, 220 quos mirab[...] nisi audit Ernestus meus (hoc i[...] forte, quo scribimus ista, temp[...] occupatus in illo loco considerand[...] prae Daceria et Barnesio, et Cl[...]ckio filio.

856. Consilium huius libri, q[u]iam monuimus, non fuit omn[...]

fa

lem Minyis sermonem retulit. Si quidem Colchos bellicosos ex aduerso pugnantes inuaseritis, *et* conficere virtutem virorum speratis, sic sine controuersia praemium vestrum erit, vt sublato vellere in patriam terram redeatis: (845) sin vero pauci qui estis phalangi nostrae cesseritis, tum *hoc praemium erit*, vt nauim vestram vobis pereuntibus diffindam. Si autem mihi obtemperaueritis, quod multo est vtilius, vt eligatis praestantissimum inter vos et regno dignissimum, qui expertus labores, quos ipse dictabo, (850) auferat vellus aureum: illud etiam vobis erit praemium. Sic fatus equos hortatur, qui retro abeunt. Minyis vero dolor animos occupat. Tum sane Herculis illos desiderium subiit: neque enim sustinere se sperabant posse gentem Colchorum inuictam, et impetuosum Martem. (855) Iam vero tibi, o Musaee, cursim enarrabo, quae graui fato pressi Minyae passi sunt, et quae fecerunt: vt retro currens venerit e domo Aeetae Argus, bellicosus Phrixi F. quem Chalciope peperit, (cum hoc enim patris imperio coniugium inierat, (860) cum in dorso arietis Colchos venisset) nuncians Minyis, quaecunque peragenda *contra illos* essent sceleribus perniciosi

851. εσσετε. Post 858 Ἠδ' ὡς παρθενίοις αὐτῇ φίλτροις ἐδαμάσθη hic inserit Voss. 860. πατρος ἐν οἴκῳ Voss.

fabulam Argonauticae expeditionis enarrare; sed ea maxime, in quibus Orphei partes insigniores fuerunt. Hinc multa tantum attinguntur in transcursu, et raptim indicantur potius, quam explicantur. Commode introducta est ad eam rem Musaei persona, cui se enarrasse alias vel enarraturum dicit, quae hic modo attinguntur.

858. Versus, quem hic inserit Vossianus liber, debetur nomini αἰήταο, quod praecedentem versum claudit, in quod exit etiam versus

863. Animaduertit mox errorem suum librarius: sed cum litura deformare codicem suum nollet, perrexit scribere.

859. Ἄργος ἐϋμμελίης] Si metri rationem sciuisset Perdrierius, non certe ἐϋμμελίης mutasset in εὐμελίης. ESCH.

863. Illud σφῆσιν molestum est: aut plane παρέλκειν dicam more nostrorum hominum durch des Aeetes seine Bosheiten, de quo ad v. 167: aut, quod multo malim, legendum σφῖσιν (pro αὐτοῖς) producta licenter penultima, vel ob

spiri-

Ἠδ᾽ ὡς παρθενίοις αὐτȣ̃ φίλτροις ἐδαμάσθη
Αἰνόγαμος Μήδεια, θεᾶς Ἥρης διὰ βȣλάς.
Ἐν γάρ οἱ ἵμερον ὦρσεν ἐρωτοτρόφη Κυθέρεια,
Ἧκε δ᾽ ἄρ᾽ ἰὸν ὑπὸ σπλάγχνοις δασπλῆτις Ἐριννύς.
Ὥς τε βόας ζεύγλαισι δαμάσσατο πυρὶ πνέοντας,
Τετράγυον θέμενος σπόρον αὔλακι, τόν ῥ᾽ ἐκόμισσε
Φρίξος ἐϋμμελίης, ὅτ᾽ ἔβη δόμον Αἰήταο,
Ἕδνον Ἐνυάλιόν τε δρακοντείων ἀπ᾽ ὀδόντων·
Ἠδ᾽ ὡς δυσμενέων σπαρτῶν ςάχυν ἐξενάριξεν
Αὐτοφόνῳ παλάμῃ, πῶς δ᾽ ἀγλαὸν ἤρατο κῦδος
Αἰσονίδης· ὥς τ᾽ ἦλθε δι᾽ ἐκ μεγάρων λελαθȣ̃σα,
Λῖτι καλυψαμένη ἑανῷ διὰ νύκτερον ὄρφνην,
Παρθένος αἰνολεχής· (περὶ γὰρ ῥά ἑ τεῖρον ἔρωτες
Νηὸς ἐπ᾽ Ἀργῴας πελάσαι, καὶ πότνι᾽ ἀνάγκη)
Οὔτιν᾽ ὀπιζομένη πατρὸς χόλον, ȣ̓κ ἀλέγȣσα.
Ἠδ᾽ ὡς ἀμφιπλακεῖσα περιπτύξασά τε μορφάς,
Στέρ-

866. ἐρωτοτρόφηος κυθ. Voss. F. ἐρωτοτρόφος. 867. εριvις Voss. 868. πυριπνε. Voss. 870. εὐμελίης PAIC. 871. εννιαλιον Voss.

ſpiritum vehementem in φ, vel ob ſibilantem quae ſtatim ſequitur, vel denique vt fiat verſus ἀκέφαλος. Haec quidem ſunt σοφὰ φάρμακα Grammaticorum, quibus etiam in pluſculis Homeri verſibus Clarckius vtitur. Σφῶϊν etiam penultima producta legunt Iλ. B, 206, qui legunt Σκῆπτρον ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφῖσιν βασιλεύῃ. Sed verſus ille controuerſus eſt. Porro autem videtur aliquis, qui apud noſtrum τὸ σφίσιν incommode verſum incipere putaret, σφῇσιν ſubſtituiſſe feſtinanter, quod cum ἀταλῇσιν iungeretur.


864. Illud αὐτȣ̃ principem perſonam notat, vt αὐτὸς ἔφα etc.

868. Cum durum ſit priorem in πυρὶ produci, blanda remedia proponuntur a Doruillio ad Charitonem p. 773, et Schradero ad Muſae. v. 4[1] πῦρ πνέοντας, vel vno verbo πυρι-πνέοντας, vt prima ſyllaba neceſſitate quadam in trium breuium concurſu poſſit corripi.

870. Phrixum Athamantis filium faciunt ex Nephele. Hic nouercae ſuae Inûs Cadmi F. furorem fugiens, de draconis iſtius dentibus vnde Sparti ſ. Cadmei fratres orti fuerant, quos Ino dotales in domum Athamantis intulerat, aliquo ad Colchos et ſocerum Aeëten attuliſſe, hic dicitur. Aliter vt multi alia ſcilicet Apollo. 3, 1175 ſqq.

ciosi Aeetae: et vt virgineis illius *Iasonis* illecebris vi-cta fuerit infelix coniugii Medea, Iunonis deae consilio: (865) desiderium enim in illa mater amorum Cytherea excitauit, misitque in viscera illius sagittam atrox Erinnys: tum, vti boues sub iugum igniuomos miserit *Iason enarrabo*, quatuor iugerum semen sulco depo-nens, quod apportarat secum pugnax Phrixus, cum in Aeetae domum veniret, (870) dotem Martiam de Draconis dentibus: et quomodo inimicorum Spartorum segetem occiderit, ipsorum in mutuas caedes grassante manu, splendidamque vt gloriam retulerit Aesonides: et vt clanculum domo venerit, linteo tecta peplo propter nocturnam caliginem, (875) virgo infausta coniugio. Adegerant illam amores et domina necessitas, ad Argoam nauim vt accederet, nullam patris iram respiciens neque curans. Et quem ad modum amplexa membrisque circumfusa Iasonis, pectora cum impetu irruens

872. *ἐξενηρίξαι* Voss. 873. *Αὐτοφύνῳ* PAIC. *γυδες* Voss.
874. *ἤλθεθε δί'* Voss. 877. *ἀργύνης* Voss.



Illud *τε* ad *ἐνυάλιον* adiectum facilius concoquebam, cum compararem cum illa Romanorum ratione, *Dotem, eamque* Martiam.

873. Plenius ista enarrata videre licet ab Apollo. 3, 1373 sq.

875. Secundum ea, quae disputat Clarck. ad Ιλ. Γ, 38 *Λῖτι* (al. *λιτὶ*) adiectiuum est, subtile s. tenue significans, *ἑανῷ* autem, penultima correpta, peplum notat. Eschenbachius hic citauit Hesych. voc. *Λῖτι*.

879. *Μορφὰς* hic potius vniuersim membra, quam faciem siue vultum notare, res ipsa satis loquitur: contra Eustath. ad Οδ. Π, 181 p. 601, 25 *Ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς ἐπὶ προσώ-*

Στέρνα τε μαιμώωσα κύσεν χαρίεν τε πρόσωπον,
Δάκρυσι πλημμύρουσα γενειάδας· οὐδέ τιν' αἰδῶ
Ἔχε πόθων Ἥρωος, ἐλαυνομένη δ' ὑπὸ φίλτρων,
Παρθενίην ἔῤῥιψε, γάμων τ' εὐήνορα θυμόν.
Ἄλλα τ' αὖ πολλὰ καὶ ἐσύστερον αὖθις ἀκοῦσαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ Μήδεια λίπεν δόμον Αἰήταο
Λαθριδίη, καὶ νηὸς ἐφ' ἡμετέρης ἐπελάσθη,
Δή τοτ' ἄρα κατὰ θυμὸν ἐμηδόμεθ', ὄφρα μολόντες
Ἀμφ' ἱερῆς φηγοῖο δέρας χρύσειον ἕλωμεν.
Ῥᾶστα περὶ φρεσὶ δ' ἦσι δοκεύομεν, οὐδέ τις ἡμῶν
Ἔγνω μόχθον ἄελπτον· ἐφέσπετο γὰρ μέγα ἔργον
Πᾶσιν ἐφ' Ἡρώεσσι, κακῶν δ' ἀνεφαίνετο πυθμήν.
Πρόσθε γὰρ Αἰήταο δόμων ποταμοῖό τ' ἐρυμνοῦ
Ἐννέ' ἐπ' ὀργυιῶν ἕρκος περιμήκετον ἄντην
Φρουρεῖται πύργοισι καὶ εὐξέστοισι μύδροισιν,
Ἑπτὰ περὶ στεφάνοισι κυκλούμενον. ἐν δ' ἄρα τρισσαὶ
Χαλκήρεις πύλαι εἰσὶ πελώριοι· ἐν δ' ἄρα ταῖσι
Τεῖχος ἐπιθρώσκει, περὶ δ' αὖ χρύσειαι ἐπάλξεις.
Αὐτὰρ ἐπὶ σταθμοῖο πυλῶν τηλῶπις ἄνασσα
Ἵστανεν αἰθύουσα πυρὸς σέλας, ἥν κέ νυ Κόλχοι

Ἀρτε-

880. κυσε χαρ. Voss. 881. πλημμύρ. Voss. 882. ἥρωας PAIC. ἐλυνν. P. 884. ἀκοῦσῃ Voss. vid. leg. ἀκέσῃ. 887. Δη τοτε οἱ κατα Voss. 888. δέρος Voss. 889. ἡμεων Voss. 892. προ-

προσώπου τιθέναι τὴν μορφήν· διὸ καὶ φασὶν, ὅτι εὐειδὴς μὲν ὁ τοῦ εἴδους εὖ ἔχων, ἤγουν ἅπαν τὸ σῶμα καλὸς· εὔμορφος δὲ ὁ μορφῆς εὖ ἔχων, οἷον εὐπρόσωπος.

883. Παρθενίην non esse illam conditionem intacti corporis, quam vulgo virginitatem vocamus, ex totius fabulae tenore notum: sed statum illum conclusae et custoditae intra thalamum, nutricis praesentia, mitraque adeo, integritatis etc. Εὐήνωρ θυμὸς, talis animus, qui placere honesto viro, et illum allicere potest. Quo minus pudorem tuentur puellae, eo magis spei nuptiarum officiunt.

884. Luxatum esse hunc versum, et numeris suis excussum, apparet. Nec sanare difficile fuerit, V. G. sic, Ταῦτα δὲ καὶ πόλλ' ἄλλα ἐς ὕσ. α. α. Sed an ita dederit auctor, non dixerim: illud vero asseuerare ausim, suffragante praesertim Vossiano, legendum esse ἀκέσῃ, et sic interpretatus sum.

885. Redit ad directam narrationem et ea, in quibus Orphei ministerio opus erat, praecipue.

888. Ἀμφὶ non referendum ad ἕλωμεν, sed significat locum et situm velleris, quem adhuc habuerit.

892.

ens osculata fuerit venustamque faciem, (880) lacrimis inundans genas, nec vllum pudorem habuerit desiderii Herois, sed delinimentis acta amatoriis virginitatem abiecerit, nuptiarumque honestam cupiditatem. Alia etiam multa in posterum audies. Iam posteaquam Aeetae domum clanculum reliquit *Medea*, (885) et in nauim nostram peruenit, tum sane apud animum deliberauimus, quomodo accedentes de sacra fago auream pellem auferremus. Facillime hoc de illius pectore exspectabamus: neque enim nostrum quisquam ne norat quidem desperatum laborem: ingens enim facinus sequebatur, *vrgebat cogitatione* (890) *et premebat* Heroas omnes, malorumque se illis vorago aperiebat. Namque ante domum Aeetae et munitum flumen, septum nouem altum passibus oppositum turribus defenditur et politis molibus, idque septenis insuper moenibus cingitur. (895) Inde triplices ex aere portae sunt ingentes, inter quas murus procurrit, et circum hunc pinnae aureae. Verum in ipso portarum limine longe prospiciens regina stabat ignis fulgorem motu spargens, quam Colchi

θεν Voss. 893. *ἐνέκ'* Af. *ὀρ. μῆκος* Voss. 895. *τρισσαὶ* PAIC. 898. *τηλῶπες* Voss. 899. F. *αἰθύσσουσα* V. N. *δεινὸν κολχοι* Voss.

892. *Ἐρυμνὸν ποταμὸν* intelligo munitum altis litoribus, forte etiam operibus manu factis.

893. Difficilia superatu haec munimenta etiam interpreti. Facilius intelligam, si legatur pro *ἐννέ' ἐπ' ὀργυιῶν*, *ἔτ'* s. *ἔτι*, insuper: praeter fluuium, domus Aeetae habet alia etiam munimenta, quae describuntur.

894. Epitheton facit, vt saxa manu caesa et quadrata malim intelligere, quam ferreas ingentes massas, quas alioquin creare poetae non difficile futurum erat.

899. Pro *αἰθύχουσα*, quod aliunde nondum obseruatum est, *αἰθύσσουσα* substituit Cl. Wessel. ad Diod. Sic. 2, 53 p. 166, verbum per *σείειν*, *ῥιπίζειν* explicatum apud Hesychium, cuius compositis adhuc citatis addi possunt *διααιθύσσουσιν* Pind. Ol. Ζ. extr. et *παραιθύξει* Ol. Ι, 89 et *παραιθύξας* Apollo. 2, 1257. Veniebat etiam mihi statim in mentem vtriusque verbi affinitas. Sed, vt sum vniuersim ad mutandum tardior, ita cogitabam, posse *αἰθύω* et *αἰθύσσω* idem significare, vt sunt multa apud Graecos verba terminatione et formatione abundantia. Cf. ad 967.

900.

Ὅρμιόν τε καὶ ἐρύσιμον, κύκλαμίς τε θεουδής,
Στοιχὰς, παιονίη τε, κάτερνές τε πολύκνημον·
Μανδραγόρης, πόλιόν τ', ἐπὶ δὲ ψαφαρὸν δίκταμον·
Εὔοδμός τε κρόκος, ἰδὲ κάρδαμον· ἐν δ' ἄρα κῆμος,
Σμίλαξ, ἠδὲ χαμαίμηλον, μήκων τε μέλαινα,
Ἄλκυα, καὶ πάνακες, καὶ κάπασον, ἠδ' ἀκόνιτον,
Ἄλλά τε δηλήεντα κατὰ χθόνα πολλὰ πεφύκει.
Μέσσον δ' ἠερόμηκες ἐπὶ ςύπος ἄλσεϊ πολλῷ
Ἥπλωται φηγοῖο πέριξ κλαδεῶσιν ἐρυμνόν.
Ἐν δ' ἄρα οἱ χρύσειον ἐπεκρέματ' ἔνθα καὶ ἔνθα
Ὀρπῆκος ταναοῖο δέρας, τὸ κεν αἶψα δοκεύει
Δεινὸς ὄφις, θνητοῖς ὀλοὸν τέρας, οὐ φατὸν εἰπεῖν.
Χρυσαῖς γὰρ φολίδεσσιν ἐθείρεται, ἐν δ' ἄρα πρέμνον
Ἀπλάτοις ὁλκοῖσι φορεύμενος ἀμφιπολεύει,
Σῆμα χαμαιζήλοιο Διὸς, ποτὶ κῶας ἀμείβων·
Φρουραῖς ἀδμήτοις δ' ἐπιμαίεται ἄμμορος ὕπνου,
Γλαυκοῖς ἀμφ' ὄσσοισιν ἀναιδέα κανθὸν ἑλίσσων.
Αὐτὰρ

915. *κυκλαμεις τε θεοειδης* Voss. 917. Omitt. Ас. 918. *κρόκος ἠδὲ* Voss. 920. *κάλπασον* Voss. 922. *Μέσον* PAIC. *ςιπος* Voss.

915. *Ὅρμιόν τε καὶ*] Scribe *ὅρμινον*. Ita Dioscorides lib. III. c. 145. Plinius Horminum. *Κυκλαμὶς*, Dioscoridi et Hesychio dicitur *κυκλάμινος*. ESCH.

916. *Στοιχὰς*] Dioscorides scribit *ςιχὰς* lib. III. c. 31. sed ostendit Saracenus ex Plinii lib. III. c. 5. perinde esse, siue *ςιχὰς* siue *ςοιχὰς* scribas, quem vide. ESCH.

916. *Κάτερνες* non bene versum fuerat, *depressos ramos habens*: est epitheton potius synonymicum, in quo *κατὰ* multiplicandi vim habet, vt in *κατάδενδρος*, *κατείδωλος* (Act. Apost. 17, 16) et similibus. Polycnemon ad verbum multorum geniculorum herba, eadem *κάτερνες* ramis obsita, quia fere quot genicula tot rami. GESN.

917. *Μανδραγόρης*] Hesychio et aliis est *μανδραγόρας*. ESCH.

918. *Κῆμος*] De hac herba vide Plinium lib. XXVII. c. 8. et ad eum Dalechampium, videtur scribendum esse *κημός*. ESCH.

919. *Χαμαίμηλον*] Vide rursus Plinium lib. XXII. c. 21. ESCH.

920. *Ἄλκυα*] De hac herba nihil me apud alios legisse memini, *ἀλκυόνιον* intelligi vix crediderim. Sed vide an non legendum sit *ἀλκέα*, de qua Dioscorides lib. III. c. 164. ESCH.

921. *Ἄλλα τε δηλήεντα* modo cum Aconito videtur coniungendum, nisi forte etiam *κάπασον* sit herba venenata, nomen mihi quidem adhuc ignorabile.

924. *Ἔνθα καὶ ἔνθα* ita intelligo, non vno tantum extremo appensum fuisse vellus; verum ramo velut inequitasse, vt speciem praeberet insidentis arietis.

925.

Colchi Dianam ianitricem et curſu ſtrepentem placant, terribilem viſu hominibus, terribilemque auditu, niſi quis ſacras cerimonias admoueat et purgatiouum piamina, quae quidem piamina ſacerdos myſteriorum perita occultat infelix coniugii Medea Cyteides inter puellas. Neque quisquam mortalium vel indigena vel hoſpes intra illam viam ſuperato limine penetrauerat, adeo vndique terribilis praeſes Dea arcebat, rabiem inſpirans placidis alioqui canibus. In intimo conſepti receſſu lucus excipit virentibus arboribus opacus, in quo inſunt multae lauri et corni, proceraeque platani, et herbae, quae radices humiles protegunt, aſphodelus, clymenus, et formoſa adiantus, et thryon et cyperus, et ariſtereon infirma, hominumque

Aſ. PAIC. 909. κυμάτῳ Aſ. Voſſ. 911. ἠδ᾽ εὐμ. Voſſ. 913. εὐώδεις Voſſ.

busdam aliis locis abundare, h. e. vim mihi adhuc incognitam habere, in Indice faſſus ſum. Quid ſi referri dicamus ad ἕρκος et illius partes, et ἀμείβειν hic idem eſſe quod excipere? Certe quae *alternant* vices, ea ſe inuicem excipiunt. De hac vi verbi, credo, non dubitabunt, qui vſum noſtri poetae conſiderauerint.

911. Qui hanc arborum ſtirpiumque enumerationem conſiderauerit, videbit in hoc etiam ſibi conſtare hunc ſcriptorem, vt vbique nomenclaturam et cognitionem rerum naturalium inculcet. A nobis nemo declarationem et comparationem horum nominum philologiamque adeo botanicam exſpectet. Satis hic ſaeculo feciſſe pro meis rationibus mihi videor, ſi occaſionem praebeam Orphicarum ſtirpium texendi catalogi: in quo certe, vt ſempe in aliis quoque partibus operum horum, nondum quidquam deprehendi, quod antiquum non eſſe, appareat.

912. Κατηρεφὲς non tam eſſe tectum, inumbratum, quam quód tegat, inumbret, etiam Homericus vſus declarat, apud quem σπέος κατηρεφὲς dicitur, in quantum tegit et occultat alia. Hoc indicat etiam Schol. Οδ. N, 349 vbi interpretatur κατηρεφὲς σπέος per κατακαλύπτον, καταστέγον, et Οδ. E, 367 vbi κῦμα κατηρεφὲς recte declaratur κατακαλύψαν.

913. Κλύμενος] Haec herba a Dioſcoride vocatur κλύμενον lib. IV. c. XIII. Plinio Clymenos lib. XXV. c. VII. quamquam eamdem alibi cum *Periclimeno* confundat. Sed et ἀδίαντον Dioſcoridi dicitur lib. IV. cap. CXXXVI. non ἀδίαντος.

ESCHENB.

914. Ἀριστερεὼν] Vid. Heſychium in hac voce, vbi tamen lege φυτῶν τῶν. ESCH.

915.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κλύομεν τόδ' ἐτήτυμον ὡς ἐτέτυκτο,
Ἀμφί γε Μουνυχίης Ἑκάτης φρουρῆς τε δράκοντος,
Πάνθ' ὅσα οἱ κατέλεξεν ἀριφραδέως Μήδεια,
Διζόμεθ' ἡμὲν ἄελπτον ὀϊζυροῖο πόνοιο,
Ὥς κέ νιν ἀγροτέρην μειλιξάμενοι πεπίθοιμεν,
Ἠδ' ὡς θῆρα πέλωρον ἱκοίμεθα, τόφρ' ἀνελόντες
Δέρμ' ἀπονοστήσωμεν ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.
Καὶ τότε δὴ μετὰ πᾶσιν ὁμόκλεεν Ἡρώεσσι
Μόψος (ὁ γάρ τ' ἐδάη σφῆσιν τάδε μαντοσύνῃσιν)
Ὄφρ' ἐμὲ γουνάσωνται, ἐπιστείβωσι δὲ ἔργον,
Ἄρτεμιν ἱλάσθαι, θέλξαι δ' ὑπερήνορα θῆρα:
Ὡς οἱ μὲν λίσσοντο περισταδόν· αὐτὰρ ἔγωγε
Αἰσονίδην ἐκέλευσα δύω δὴ φῶτε κραταιὼ
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα,
Μόψον τ' Ἀμπυκίδην ἰέναι πρὸς τέρματα μόχθου.
Αὐτὰρ ἐμοὶ Μήδεια συνέσπετο μούνη ἀπ' ἄλλων.
Ἡνίκα δ' εἰς σηκοὺς ἱκόμην ζάθεόν τε θεράπνην,

Χώρῳ

933. μουνιχ. PAIC. 935. Διζ. οἱ μεν Voss. F. οἶμον.

negligi in thesauro Stephani potuerit, cum repetierit illud Phauorinus. Et profecto, qui ferramenta, quibus rotae vinciuntur, τὰ ἐπίσσωτρα, κανθοὺς vocarunt, illi non angulum aliquem, sed circuitum, circulum, orbem, intellexere. Vt paruus Scholiastes et Eustathius ad Ιλ. Ε, 724 τὰ ἐκείνω τῶν τροχῶν σιδηρᾶ, ἃ καὶ κανθοὶ καλοῦνται· ὁ ἔξωθεν τὸν τροχὸν κατέχων σίδηρος· οἱ σιδηροῖ ἢ χαλκοὶ κύκλοι τῶν τροχῶν. Poteramus Hesychii auctoritate contenti esse: sed scrupulum mouebat illud, quod barbarum nomen esse dicit *Canthum* Quinctil. 1, 5, 8 pro ferro, *quo rotae vinciuntur*, et accusat Persium, qui eo *tanquam recepto* vsus sit. Sed non ignotum fuisse veteri Graeciae κανθὸν eo sensu, quo hic nobis opus est, euincit fragmentum Callimachi seruatum in Etymologico M. inter Bentleiana n. 150 Πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασα ὦρον ἄπο, *saepe et ab oculis somnum excussi:* cui comparat Sapphûs locum, Ὀφθαλμοῖς δὲ μέλας χύτ' ἄωρος. Probare vult Etymologus, ὦρος et ἄωρος idem esse, et significare somnum.

935. Editum ἡμὲν ἄελπτον. Videtur necessarium esse substantiuum nomen, cuius attributum sit ἄελπτον. Cum sit in Voss. οἱ μὲν, putabam, modestam esse coniecturam, si legamus οἶμον, viam, decursum, exitumque adeo aerumnabilis laboris. Atque ita certe interpretatus sum.

936. Ἀγροτέρην Dianam signat non venatricem modo, sed feram, ferocem: illud νιν pro αὐτὴν relatiuo et demonstratiuo adeo positum. Est enim ipsa Hecate Munychia, vt

appel-

tem ipſam, vti ſe haberet, de Munychia Hecate et draconis cuſtodia, quaecunque ipſi (*Iaſoni*) curioſe Medea declarauerat, quaerimus viam inſperatam aerumnoſi laboris *perficiendi*, (935) vt immiti Diana placata poſſimus confidere, aut feram portentoſam placare queamus, et tum ſublata pelle redeamus in ſuam quisque patriam. Et tum quidem inter Heroas omnes hortatus eſt Mopſus, ipſe enim ſua vaticinandi arte haec ſciebat, (940) mihi vt ſupplicarent, et ſic opus vrgerent Dianam placandi ac demulcendi immanem feram. Sic illi me circumſtantes orant. At ego Aeſonidem iuſſi viros fortes duo, Caſtora equitem et Pollucem pugilem, (945) Mopſumque Ampyci F. ablegare ad laboris noſtri locum. Me quidem Medea ſecuta eſt de omnibus ſola. Poſteaquam ad cellas veni, et diuinum locum

936. *ως κεν αγρ.* Voſſ. 940. *φῆσι* Aſ. *σφῆσι* PAIC. *φῆσιν* ſph. Eſchenb. 946. *ἱέναι πατρὸς τέρ.* PAIC.

appellatur 933, ipſa Diana *ἐμπυλίη*, de qua a verſu inde 900.

937. *Ἱκέσθαι* ea notione ponitur, vnde *ἱκέτης* et *ἱκετεύειν* eſt: ſupplicare enim ſignificat, quod vno alteroque loco Sophoclis firmabimus. Ille igitur Aiace 589 *Καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου, καὶ θεῶν, ἱκνοῦμαι.* Et Oed. in Colo. 279 *Ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξένοι.* Plane vt *ἄντομαι* quod eſt occurrere, obuiam ire, in eadem fabula v. 247 ponitur, *ὦ πατρὸς ὑπὲρ τοὐμοῦ ἄντομαι.* Nempe terribilis hic Draco non vincendus, ſed ſupplicatione mitigandus erat. Huc pertinet verbum *θέλξαι* 942.

946. Notabilem emendationem, vt multas alias, H. Stephanus Orpheo hic attulit, nec imputauit. *Πατρὸς* illud ortum inde, quod ſaepe illis quatuor literis *πρὸς* notari ſolet.

948. *Ζάθεόν τε Θεράπνην*] Non tam miror hic inſcitiam interpretum, quam incuriam Henrici Stephani, qui omnes nobis *κύριον Θεράπνην* faciunt, cum tamen conſtet *Θεράπνην* fuiſſe locum circa Spartam. Scholiaſtes Pindari ad Iſthm. Od. I. verba illa:

Τυνδαρίδαις δ' ἐν Ἀχαιοῖς ὑ-
ψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος

Τιτέςι, inquit, *Σπαρτιάτης ὤν. ἡ γὰρ Θεράπνη τῆς Σπάρτης.* et paulo poſt *ἰστέον, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερὸν ἐςὶ Διοσκούρων.* et Harpocration *τόπος ἐςὶν ἐν Λακεδαίμονι Θεράπναι, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀλκμὰν ἐν πρώτῃ.* Nihil igitur magis abſurdum eſſe poteſt, quam excogitare *Θεράπνας* in Colchis. *Θεράπνη* hic idem fere quod antecedens *σηκὸς*, et interprete Heſychio: *Θεράπναι, αὐλῶνες, σταθμοί.*

ESCHENB.

Χώρῳ ἐπὶ πλακόεντι βόθρον τρίστοιχον ὄρυξα,
Φιτροὺς τ' ἀρκευθοιο καὶ ἀζαλέης ἀπὸ κέδρου,
Ῥάμνου τ' ὀξυτέροιο, πολυκλαύτων τ' αἰγείρων,
Ὦκα φέρων, ἤνυσα πυρὴν ἔμπροσθε βόθροιο.
Πολλὰ δέ μοι φέρε πάμπαν ἐπισταμένη Μήδεια,
Φαρμακμοῦ ἀνελοῦσα θυώδεος ἐξ ἀδύτοιο.
Αὐτίκα δ' οὖλα πλάσμαθ' ὑπὸ πέπλους ἐπονεύμην,
Ἂν δὲ πυρὴν ἐπέβαλλον, ἰδ' ἔντομα θύματ' ἔρεξον,
Σκύμνους παμμέλανας σκυλάκων τρισσοὺς ἱερεύσας.
Αἵματι δ' αὖ χάλκανθον ἰδὲ στρούθιον ἔμιξα,

Κνῆ-

949. πλακώεντι PAIC. 952. ηνησα Voss. ἔνησα PAI. V. N.
954. Φαρμακμῶν Voss. 955. ἐλαιοπλάσ. Ας. ἐ λαιοπλ. Voss. ἐ-

949. Βόθρον ad aram habemus etiam 570. Quod autem τρίστοιχον fieri iubet, illud forte trium pedum, aut triplicem adeo, significat. Certe 957 etiam σκύμνους τρισσοὺς *tres catulos* facrificat.

951. Epitheton πολυκλαύτων ad Phaëthontis et fororum illius, electra plorantium, lacrimas pertinere, non eft dubium. Cum apud Aratum v. 360 Eridanus vocetur πολύκλαυτος, poterat alicui in mentem venire, etiam hic ita legendum effe: fed variatur ab ipfis, credo, auctoribus orthographia verbalium a κλαίω.

952. Ante Stephanum ἔνησα cum editum fit, et Voff. habeat ἤνησα, vix dubito hanc effe veram lectionem: et ἤνυσα deberi coniecturae vel fphalmati Stephaniano. Verbum νέω et productum νηνέω cum compofitis pene fedem ac domicilium habere in tumultuaria πυρᾶς conftructione, ipfius Stephani thefaurus docere poteft. Ponam vnum Plutarchi locum non recte ibi laudatum. Eft non in Caefaris vita, in quo memoria fumma virum fefellit, fed in Bruti, p. 393, C οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐργαστηρίων τὰ βάθρα καὶ τὰς τραπέζας — συγκομίζαντες — παμμεγέθη πυρὰν ἔνησαν. Sic ἤνησα poteft accipi pofitum pro ἔνησα, augmento Syllabico temporaliter aucto, vt loquuntur Grammatici. Verum cum fit Homericum νηέω vel νηνέω in hac ratione, quo ter vn[…] velut fpiritu vtitur Ἰλ. Ψ, 139. 163. 168 cum praecedens φέρων vltima fu[…] litera primam verbi haufiffe potuerit: placeret mihi νήησα, vel νήησα adeo. Ne longior fim, ponam de verbi huius varietate verba modo Euftathii p. 1402, 29 Ὅτι ἐ[…] μὲν Ὀδυσσείᾳ (Α, 148 et Π, 51) ἐπ[…] τῶν ἄρτων κεῖται τὸ ἐνήνεον, τ[…] στιν ἐσώρευον. ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ ὕλης τ[…] κατὰ ξύλα. — Δῆλον δὲ, ὅτι τ[…] αὐτὸ καὶ νηεῖν λέγεται· ὡς δηλο[…] μετ' ὀλίγα τὸ (Ἰλ. Ψ, 168) ἐπὶ δ[…] δρατὰ σώματα νήει, ὅ ἐστιν ἐσώρευ[…] καὶ ἀλλαχοῦ (Ἰλ. Ι, 279) τὸ νῆα ν[…] σασθαι. Πότερον δὲ πρωτότυπον, [...] νηῶ ἢ τὸ νηνῶ, οὐκ εὔδηλον. Mi[hi] quidem hic εὔδηλον, non ve[…] ἀνύω, fed τῷ νέω, νηέω, vel νη[…] in aceruandi et ftruendi fignific[a]tione locum effe.

954. Θυώδεος ἐξ ἀδύτοιο] Θυώ[…] proprie eft *fuffitum redolens*, […] θύος, quod exponitur θυμία[μα] *odoramentum, odores*, qui [...]

locum, campo in plano foueam depreſſi triplicem, truncoſque iuniperi et arida de cedro, (950) rhamnique acuti, lacrimoſarumque nigrarum populorum, celeriter ferens ſtruxi pyram ad foſſam. Multa vero mihi attulit etiam perita omnium Medea, de ciſta depromta, odoro ex adyto. Statim vero ego figmenta quaedam valida ſub peplo elaboraui (955) ſuperque pyram inieci, et hoſtias mactaui inferias, catulos nigros canum ternos ſacrificans. Sanguini autem chalcanthum et ſtru-

λα σπλ. PAIC. F. πέπλοις. 957. τριοὺς P. τρηγὰς AIC. 958. στρυθειον Voſſ.

adolentur; vnde etiam θύειν proprie eſſe *odoramenta accendere*, egregie docet Celeberrimus Graeuius Lect. Heſiod. cap. IX. ESCH.

955. Difficile eſt dicere, quid proprie ἶλος ſignificet, cum tot diuerſos, quin repugnantes ei notiones tribuant Grammatici. Dicam breuiter, quid lectis, quae apud Heſychium, Euſtathium, Suidam reperiuntur, mihi probabile viſum ſit. Ionica vox ἶλος reſpondebat τῷ ὅλος, et integrum ſanumque ſignificabat. Hinc ἶλαι κριθαὶ in ſacrificiis et ἀλόχυται integris granis, non contuſis, hordea: hinc ἶλε ſalutandi verbum, ſalue: hinc οὐλή cicatrix, vulnus ſanatum, cutis in integrum reſtituta: hinc ἴλειν, ὑγιαίνειν Euſtath. ad Ιλ. A. p. 24, 52 et ἶλον, τὸν ὑγιῆ ad Ιλ. B. p. 124, 40. hinc ἐλομελίη apud Hippocratem eſt membrorum integra compages ſimul conſiderata: hinc ἶλον κεκλήγοντες ſturni et mox iuuenes Ιλ. P, 756 et 759, iuuenile quid clangentes h. e. vehementer, totis viribus, vti ſolent iuuenes: iidem ſunt criſpi natura vel cultu: iidem alio reſpectu teneri et molles: hinc molliculae carnes, quibus dentes continentur, τὰ ἶλα. Sed quatenus ἶλος eſt vehemens, potens, efficax, poteſt etiam potentem ad nocendum notare, vt *praeſens venenum* et *praeſens medicamentum* in vtramque partem dicitur. Ita potuit ἶλος ὄνειρος idem ὀλέθριος (ad Ιλ. B, 8) a Scholiaſte vocari, quatenus vim ſuam ad nocendum hic exercuit. Poterant iſta, ſi diſſertationem ſcribere placeret, facile explicari latius, locisque Homeri, Hippocratis, Grammaticorum confirmari. Sed hoc agamus. Ea, quae elaborat hic ſub Peplis (de quibus ad 310) Orpheus ἶλα πλάσματα, ſunt, niſi fallor, puppae quaedam ſiue imagunculae cereae, πλαγγόνες, νύμφαι, ludus alias puellarum (vid. Spanh. ad Callim. H. Cer. 92 p. 711) hic vero pars ſacri magici, vt in Theocriti Virgiliique Pharmaceutriis. *Planguncvlas* Ciceroniana voce licet dicere, quam illi reſtituerunt VV. DD. Att. 6, 1.

958. Αἵματι δ' αὖ χάλκανθον] De hoc vid. Dioſcor. lib. V. c. 114. et de Struthio, lib. II. c. 193. ESCHENB.

959.

Κνηκόν τε σχιστὴν, ἐπί τε ψύλλιον ἀειδὲς,
Ἄγχουσάν τ᾽ ἐρυθρὴν, ἰδὲ χάλκιμον. αὐτὰρ ἔπειτα
Νηδύας ἐμπλήσας σκυλάκων, φιτροῖσιν ἔθηκα·
Ὕδατι μὶξ δ᾽ ὠμὰς χολάδας χεόμην περὶ βόθρον,
Ὀρφνινά θ᾽ ἑσσάμενος φάρη, καὶ ἀπεχθέα χαλκὸν
Κρούων ἐλλισάμην. αἱ δ᾽ ὀτραλέως ἐπάκουσαν,
Ῥήξασαι κενεῶνας ἀμειδήτοιο βερέθρου,
Τισιφόνη τε καὶ Ἀληκτὼ καὶ δῖα Μέγαιρα,
Πεύκαις ἀζαλέαις φόνιον σέλας αἴσσουσαι.
Καίετο δ᾽ αὐτίκα βόθρος, ἐσμαράγει δ᾽ ὀλοὸν πῦρ·
Λιγνὺς δ᾽ αἰθαλόεσσα χύθη περιμήκετα καπνόν.
Αὐτίκα δ᾽ ἐξ αἴδαο διὰ φλογὸς ἠγέρθησαν
Δειναὶ, θαμβήτειραι, ἀπηνέες, ἀπροσόρατοι.
Ἡ μὲν γὰρ δέμας ἔχε σιδήρεον, ἣν καλέουσι
Πανδώρην χθόνιοι· σὺν δ᾽ αἰολόμορφος ἵκανε,

Τρισ-

959. Κνεκον Voff. σχιστὴν τε Chiu. F. ἀνηδὲς. 961. Νη. σκυ. ἐμπλ. Voff. 963. Ὕδ᾽ δ᾽ αὖ μίξας χολ. Voff. ὕδατι ἰξ δ᾽ αὔμας χολ. PAI. ὕδ. ἰξ δ᾽ αὔμας χολ. Crat. V. N. 964. Κέρον — ὑπ-

959. Κνηκόν τε σχιστὴν] Diofcoridi fcribitur Κνίκος. ESCH.

959. Epitheton cneci vel cnici puto σχιστὴν, quod et calycem et petala in tenues admodum fibras fciffa habet: nifi quis malit abfolute dici σχιστὴν intellecto λίθον, alumen fiffile. Non enim folas hic herbas memorari, vel folum chalcanthum fatis indicat. Malle me ψύλλιον ἀνηδὲς, in V. L. indicaui. Sed poteft etiam ἀειδὲς vocari, quod *pulicis* fimilitudinem femen habet, vnde nomen *pulicariae*. Quamquam naturae ftudiofo nihil hic deforme. GESN.

961. Vocem ἐμπλήσας lubens diuidam, vt praepofitio ἐν ad ἔθηκα referatur. Sed ipfum quoque durum eft.

962. Non aufim damnare emendationem G. Canteri Nou. Lectt. 5, 5 Ὕδατι δ᾽ αὖ μίξας, cui faueat Voffianus liber. Sed nec mutare ceterarum lectionem fuftineo, in qua nihil fit, quod quem offendat, nifi forte illud μὶξ, quod nondum aliunde obferuatum reperio. Sed notiffimum eft et Homericum ἐπιμὶξ, cuius fimplex ita, vt alias μίγα, hic videtur poni. Ὠμὰς χολάδας ponit, crudas, in ignem non coniectas, aqua infuper perfufas, vt maiori deinde 968 miraculo in ipfa foffa comburerentur, in quo poffis imitationem quandam facrificii deuotorii ab Elia inftituti (1 Reg. 18, 34) cogitare.

967. Ἀΐσσειν cum nusquam neque fimplex tranfitiua f. actiua fignificatione vfurpatum obferuem, neque compofitum: non poffum non plaudere emendationi elegantiffimi Ruhnkenii Ep. 1 p. 21 αἰθύσσουσαι de quo verbo dictum ad 899.

968. Confragofus verfus, vel fi mauis languens caefurae defectu: d

qu

ſtruthion admiſcui, cnecumque fiſſilem et inſuaue pſyllium, anchuſamque rubram, et chalcimum. Poſtea vero (960) ventres catulorum *his rebus* impletos lignis impoſui, et inteſtina cruda admixta *inſuper* aqua in foueam, quae circa erat, effudi. Tum nigram indutus pallam, et iniunicum aes (*arma*) pulſans ſupplicaui. Celeriter audiunt, perruptisque inanibus tetrici barathri (965) *adſunt* Tiſiphoneque, Alectoque et Megaera diua, taedis aridis homicidiale iubar quatientes. Exardeſcit ſtatim fouea, repitum dat conſumens omnia ignis, fuliginoſus vapor in immenſum fumum funditur, ſtatimque ab inferis ope huius flammae excitantur (970) terribiles, horrendae, ſaeuae, inuiſae *deae*. Vna corpus habebat ferreum, quam Pandoram vocant inferi. Cum illa varios vultus habens venit triceps ſpecie, pernicioſum monſtrum, quod

ἄιχσσον Voſſ. 966. *ἀλληκτὼ* PAIC. 967. F. *αἰθύσσεσαι* V. N. 968. *ετμαραγη* Voſſ. 969. *λιγνες* Voſſ. *περιμήκεα* manus docta ad ex. Aldi.

quo etiam emendando aliquando cogitabam, praeſertim ob poſteriorem nominis *βόθροι* paullo inſolentius productam. Sed nihil mutandum. Litera ſibilans producit ſyllabam.

969. Duplex occurrebat emendandi atque interpretandi verſus huius ratio, vel ita, *χύθη* fudit (paſſiuo actiue, ſ. ad modum deponentis poſito) *περιμήκεα κάπνον*, *Vapor fuliginoſus fudit* (effuſus eſt in) *fumum altiſſimum*. Vel *περιμήκετα* aduerbialiter ſumam, et legam *καπνῷ*, *Vapor fuſus eſt altiſſime a vel cum fumo*.

970. Proxime ab hoc verſu vnum excidiſſe arbitratur Cl. Ruhnk. Ep. 1 p. 21, qui haberet mentionem (aut deſcriptionem adeo) Erinnyum. Breuiorem medicinam ſuaſerat Cl. Bernard. ad Dem. Pepag. p. 85 vt pro *Δειναὶ* v. 71 legatur *Ποιναί*. Modeſta ſane coniectura, et cui fauere videtur, quod v. 980 expreſſa eſt Poenarum ſ. Erinnyum mentio. Sed mihi diligenter hoc agenti viſum eſt, locum emendatione non egere, ſed interprete. Verſus 971 habet Epitheta ſ. Praedicata communia perſonarum, quae deinde ſeparatim enarrantur, nempe Pandorae 972, Hecatae 973 — 979, et Furiarum 980. Nemini in mentem veniſſet, credo, dubitare, ſi placuiſſet poetae commune nomen ſubſtantiuum adiicere, vt *θεαὶ δειναὶ*, vel tale quid. Illud ipſum *ἡ μὲν γὰρ*, a quo incipit v. 972 apertiſſime indicat, incipere ibi exegeſin eorum, quae vniuerſim propoſita modo fuere.

973. Pandoram hanc haud dubie intelligit Tellurem, quam *πανδώτειραν* alias vocat. Vid. Ind.

Τρισσοκέφαλος ἰδεῖν, ὀλοὸν τέρας, οὔτι δαητόν,
Ταρταρόπαις Ἑκάτη· λαιοῦ δ' ἄρ' ἐπέσσυθεν ὤμου
Ἵππος χαιτήεις· κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀθρῆσαι
Λυσσῶπις σκυλάκη· μέσση δ' ἔφυ ἀγριόμορφος,
Χερσὶν δ' ἀμφοτέραις ἔχεν ἄορα κωπήεντα.
Ἐγκύκλιαι δινεῦντο περὶ βόθρον ἔνθα καὶ ἔνθα
Πανδώρη Ἑκάτη τε· συνεσσεύοντο δὲ Ποιναί.
Ἐκ δ' ἄφαρ Ἀρτέμιδος φρουρὸν δέμας ἧκε χαμᾶζε
Πεύκας ἐκ χειρῶν, ἐς δ' οὐρανὸν ἤραρεν ὄσσε.
Σαῖνον δὲ σκύλακες πρόπολοι, λύοντο δ' ὀχῆες
Κλείθρων ἀργυρέων, ἀνὰ δ' ἔπτατο καλὰ θύρετρα
Τείχεος εὐρυμενοῦς, ὑπεφαίνετο δ' ἄλσος ἐρυμνόν.
Αὐτὰρ ἐγὼν ὑπὲρ οὐδὸν ἔβην· τῆμος δέ τε κούρη
Αἰήτεω Μήδεια, καὶ Αἴσονος ἀγλαὸς υἱὸς,
Τυνδαρίδαι τ' ἤπειγον ὁμοῦ, σὺν δ' ἔσπετο Μόψος.
Ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδόθεν κατεφαίνετο φηγὸς ἐραννὴ,
Κρηπίς τε ξενίοιο Διὸς καὶ βώμιος ἕδρη,
Ἔνθα δράκων ὁλκοῖσιν ὑπὸ πλατέεσσιν ἑλιχθεὶς,

Δινεύων

974. *δαικτον* Voss. 975. F. *ἀπ' ἔσσ.* V. N. 977. *ἔφη* Ad. P.
978. *Χερσι δ'* Voss. 979. *Εγκ. δὲ δεν.* omn. exc. Vossiano.

974. Vid. ad 926. Retinendum puto *δαητὸν*, nomen bona moneta percussum, et rite formatum ab eodem themate, vnde Homerica *δεδάηκα* et *δεδαημένος*. *Τέρας οὐ δαητὸν* quod nosse nemo velit, sine horrore cognoscere nemo potest.

975. Legendum puto *ἄπ' ἔσσυθεν* pro *ἀπὸ λαιοῦ ὤμου ἐσσύθη*. Forma haec, quam Aeolicam dicunt, forte tueri potest illud Pindaricum Ol. Θ, 88 *Μίχθε*, quod pro *μίχθη* librorum reposuit Schmidius, et receperunt Oxonienses, in dubium autem vocauit Pauwius.

977. Quid sibi vellet *ἀγριόμορφος*, in Indice posui. Hic admoneo lectores etiam apud Virgilium esse Aen. 4, 511 *Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.* Nondum obseruaui apud ipsum Proclum L. 2 in Timaeum locum, quem inde citat Eschenb. Epig. p. 77, qui hunc nostrum illustrat: *Τοιαῦτα καὶ Ὀρφεὺς ἐνδείκνυται περὶ τοῦ Φάνητος θεολογῶν. πρῶτον γοῦν ὁ θεὸς παρ' αὐτῷ ζώων κεφαλὰς φέρει πολλὰς Κριοῦ, ταυρέως* (f. *ταυρείους*) *ὄφιας*, (*ὄφεος*) *χαροποῦ δὲ λέοντος.* Ex Aegypto forte ab ipso Orpheo allata est illa ratio animalium figuris Dei aut naturae facultates atque attributa vtcunque sensibus et memoriae hominum commendandi.

979. Cum prima in *δινεῦντο* si perpetuo vsu bonorum, et nostri adeo longa; nec Aoristus 2 *δίνοντο* auctoritatem habeat: recepi Vossianam lectionem, quae *δὲ* omittit.

98

quod tu nec nosse velis, Tartarea Hecate, de cuius sinistro humero erumpebat iubatus equus: in dextris autem videre erat rabiosa ad speciem canis: medium caput ferinam *Leonis* formam habebat. Vtraque manu tenebat gladium manubriatum. In orbem mouentur circa foueam hinc et hinc Pandora et Hecate, vna bacchantur etiam Furiae. Hinc Dianae custodis simulacrum humi demittit de manibus faces, oculosque ad caelum vertit: adulantur canes illius comites, soluuntur vectes claustrorum argenteorum, pulchrae portae lati muri patescunt, in conspectum venit lucus ille munitus: limen transgredior. Tum etiam Medea Aeëtae F. et inclitus Aesonis F., Tyndaridaeque simul vrgent, consequitur vero Mopsus. Cum iam ex proximo conspicitur fagus amabilis, et inferi crepido Iouis et altaris sedes, ibi draco latis se voluens flexibus circumagensque se caput tollit et horrendas

981. *εν δ' αφ.* Voss. Quid si *ἐνθ' ἄφαρ*; 984. *ῥέεθρα* Voss.
985. *Τείχεος* Al. *ευρημενοι* Voss. 986. *δὲ τό τε κάρη* Voss.
988. *Τυνδ.* sph. Esch. 990. F. *χθονίοιο* V. N.

981. Haec est illa Diana s. *ἐμπυλίη Ἄρτεμις* de qua v. 900 et 942, vnde apparet, cur hic *φεκρὸν δέμας* vocetur: quo nomine *δέμας* indicatur, ipsum signi vel statuae corpus moueri visum, et facem, quam tollit illustrandi caussa quasi cum languore demisisse, contra oculos tutelae velleris intentos inde auersos direxisse in caelum. De canibus illius v. 908.

983. Nescio an prima in *λύοντο* produci vllo modo possit. Facilis esset medicina, si legas *ἐλύοντο* vel *λελύοντο*.

988. Tyndaridae intersunt his mysteriis vt Iouis filii, vt inferos deos superosque videre assueti: Orpheus, Medea, et Mopsus vt mystae et mystagogi adeo. Iason ipse hic initiatur.

989. Apollo. 4, 124 vocat *φηγὸν ἀπειρεσίην, ᾗ ἔπι κῶας Βέβλητο.*

990. Si conferas h. l. vt conferendus est, cum v. 929 vbi *σῆμα χειμοιζήλοιο Διὸς* vocatur, non improbabile forte videbitur, quod ego valde verisimile puto, non *ξενίοιο* hic legendum esse, sed *χθονίοιο*.

991. Cl. Piersonus Verisi. 2, 5 p. 107 languidam et frigidiusculam putat vulgarem huius versus lectionem, et substitui vult *ὁλκοῖσιν ὑπ' ἀπλάτοισιν*. Noster sane hoc verbo vsus supra v. 928, et attulit Piersonus etiam auctoritatem Eurip. Herc. Fur. 419. Et est Hesiodeum verbum *ἄπλατος, ἄπλαστος, ἄπλητος*, cui plerumque forte recte accommoda

Δινεύων ἀνάειρε κάρα βλοσυρόν τε γένειον,
Ἂν δ' ὀλοὸν σύριγξ' ἐπὶ δ' ἔβραχεν ἄσπετος αἰθήρ.
Δένδρεα δ' ἐσμαράγησε κραδαινόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα
Κρημνόθεν ἐκ ῥίζης' ἰάχησε δὲ σύσκιον ἄλσος.
Αὐτὰρ ἐμ' ἠδ' ἑτάρους τρόμος ἔλλαβε· νόσφι δὲ μούνη
Μήδει' ἐνὶ στέρνοις ἀκαμπέα θυμὸν ἐνώμα·
Δρέψατο γὰρ παλάμησι λυγρῶν ἀποθρίσματα ῥιζῶν.
Καὶ τότ' ἐγὼ φόρμιγγος ἐφήρμοσα θέσκελον ὀμφὴν,
Κλάγξα δ' ἄρ' ἐξ ὑπάτης χέλυος βαρυηχέα φωνὴν,
Σιγαλέως ἄφθεγκτον ἐμοῖς ὑπὸ χείλεσι πέμπων.
Κλῆξα γὰρ ὕπνον ἄνακτα θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων,
Ὄφρα μολὼν θέλξειε μένος βριαροῖο δράκοντος.
Ῥίμφα δέ μοι ὑπάκουσε, Κυτηΐδα δ' ἦκ' ἐπὶ γαῖαν.
Κοιμίσσας δ' ὅγε φῦλα πανημερίων ἀνθρώπων,
Καὶ ζαμενεῖς ἀνέμων πνοιὰς, καὶ κύματα πόντου,
Πηγάς τ' ἀενάων ὑδάτων, ποταμῶν τε ῥέεθρα,
Θῆράς τ' οἰωνούς τε, τά τε ζώει τε καὶ ἕρπει,
Εὐνάζων ἄμειψεν ὑπὸ χρυσέαις πτερύγεσσιν.
Ἷξε δ' ὑπὸ στυφελῶν Κόλχων εὐανθέα χῶρον·

Κῶμα

992. καρη Voss. 993. σύριξ. Voss. 995. Πρυμνόθεν Voss. 996. ἔλλαμε P. 997. Μηδεια ενι Voss. Μηδ' εἰνὶ P. 1000. κλάγξας δ' ἄρ' Voss. PAIC. χέλους sph. Esch. καρυηχ. omnes exc.

modaueris etymon πέλας vel πελάζειν, vt sit terribile ad quod accedere timeas, Cui tu per mediam nolis occurrere noctem. Mutare tamen contra libros nihil ausim, cum praesertim fieri possit, vt sint, quibus πλατεῖς ὁλκοὶ recte dici videantur. Equidem damnare nolim.

995. Κρημνόθεν ἐκ ῥίζης interpretabar ἀσυνδέτως dictum, vt in ἄνω κάτω et similibus, cum in κρημνῷ non minus capitis (κάρα, κάρη, κρὴ) notionem, quam in Latinorum *praecipiti* inesse putem. Mouebantur arbores a summo fastigio et a radicibus. Sed nec ingeniosam et probabilem nego Cl. Ruhnkenii (Ep. 2 p. 82) coniecturam πρυμνόθεν, quam firmat ex Apollo. 4, 1686. Poterat laudare etiam Spanh. ad Call. H. in Del. 35 p. 351.

997. Versum laborantem, ob productam primam in ἀκαμπέα, facile fulcias legendo στέρνοισιν.

1000. Ὑπάτην h. e. summam chordam esse grauissimi soni, satis constat, et docuere v. g. interpretes ad Horatii Sat. 1, 2 pr. Hoc maxime oculis apparet in illa Lyra, quae inter Herculanenses picturas nuper publicata, triangularis est, et ita tractatur, vt longissima chorda et basi trianguli proxima, h. e. quae grauissimum sonum edit, sit in summo; breuissima, illi ad ipsum trianguli verticem parallela, in imo. Nescio, qui factum sit

rendas malas, exitiosumque sibilat, *vnde* immensus aether infremit, arboresque resonant vibratae hinc et hinc e vertice et radicibus: reboat vmbrosum nemus. Me vero ac socios tremor occupat: sola pro se Medea intrepidum in pectore animum gubernat. Decerpserat enim manibus funestarum fibras radicum. Tum vero ego testudinis adapto diuinum cantum, insonoque suprema de chorda grauiter sonantem vocem, submisse non satis articulatum quiddam intra labia cantillans. Aduocaui autem somnum deorum regem omnium umque hominum, vt veniens vim leniat immanis draconis. Confestim ille mihi obsecutus in Cyteidem terram aduenit, sopiens *obiter* nationes hominum diurno labore fatigatorum, et vehementes ventorum flatus, et fluctus ponti, fontesque perpetuarum aquarum fluminumque lapsus, ferasque auesque, quaeque viuunt et serpunt, *haec inquam omnia* peruasit sopiens sub aureis alis. Sic delatus est ad floridam asperorum Colcho-

Vossiano et Piersono. 1001. *σιγαλέοι* superscr. *σιγαλέη* Voss. *πέμπον* As. 1004. *κυτηίδα* As. *ἦκτ᾽ ἐπὶ* Voss. 1005. *κοιμίσας* Voss. 1007. *αεννάων* Voss. 1009. *ἤμειψ.* Voss. 1010. *συφελῶν* Voss. *συφελὸν al.*

fit vt tam diu per omnes editiones durare potuerit *καρυαχέα*, cuius dubito an ratio, etiam non valde probabilis, queat reddi. *Βαρυαχέα* ex coniectura dedit Cl. Piers. Veris. 1, 9 p. 110. qui de hac voce laudat Obs. Miscell. Vol. 4 p. 216: et ausus fuissem ego sine vllo alio auctore eam hic reponere. Sed *μέλπων* pro *πέμπων*, quod viro docto placet, non aeque facile receperim. Ceterum miram mihi suauitatem habere hic versus videtur ex eo, quod verbis omnibus ostendit et exprimit neniam somni conciliatricem: huic conueniunt non acuti et clamosi soni, sed graues et murmuri propiores; deinde canit *σιγαλέως*, tacite, certe submisse, et voce non expressa, sed *ἀφθέγκτῳ*. Denique non *ἐκ χειλέων* profundit suam vocem, sed *ὑπὸ χείλεσι*, pressis velut labiis, vel *πέμπει*, vel, si placeat Piersoni coniectura, *μέλπει*.

1002. Conf. Hym. 84, 1.

1005. Vt *παννύχιος* qui per totam noctem vigilat vel dormit: sic *πανημέριος* hic videtur, qui totius diei laborem sustinuit. Vid. Ind.

1009. Non praeteruidendum est poeticae suauitatis obseruatori illud *ὑπὸ πτερύγεσσιν*. Inumbrat somnus, vt volucris horribiliter magnus, explicatu alarum suarum, inuoluitque omnia.

1010. Cl. Pierso. Veris. 2, 5 p. 188 recte

Κῶμα δ' ἄφαρ κατέμαρψε πελωρίου ὄσσε δράκοντος,
Ἰσοπαλὲς θανάτῳ· δολιχὴν δ' ἀμφ' αὐχένι δειρὴν
Θῆκε καρηβαρέων φολίσιν. θάμβησε δ' ἰδοῦσα
Αἰνόποτμος Μήδεια· καὶ Αἴσονος ἀγλαὸν υἱὰ
Ἧκ' ἐπιθαρσύνουσα θοῶς πρέμνοιο λαβέσθαι
Κῶας χρυσεόμαλλον. ὁ δ' οὐκ ἀπίθησεν ἀθρήσας·
Αὐτὰρ ἀειράμενος δέρας ἄπλετον, ἷκτ' ἐπὶ νῆα.
Ἥρωες Μινύαι μέγ' ἐγήθεον, ἂν δ' ἄρα χεῖρας
Ἀθανάτοις ἤειραν, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
Ὣς οἱ μὲν περὶ κῶας ὀπώπεον· αἶψα δ' Αἰήτης
Ἀμφιπόλων ἤκουσεν ἀποιχομένην Μήδειαν.
Ὦκα δ' ἄρ' Ἀψύρτῳ ἐπετέλλετο λαὸν ἀγείρειν,
Μαστεύειν δ' ἄρα παῖδα κασιγνήτην καὶ ὄπατρον·
Ἀλλά ἑ ὠκὺς ἔπειγε παρὰ προχοαῖς ποταμοῖο
Εἰς λόχον Ἡρώων, ἔκιχεν δ' ἄρα παρθένον αἰνήν.
Νὺξ δὲ τότ' ἀστροχίτων μέσσην παράμειβε πορείαν.
Ἐκ δ' ἐτελεῖτο δόλος στυγερὸς καὶ κῆρες ἀΐδναι
Μηδείης ὑπ' ἔρωτος, ἐρικλυτοῦ Ἀψύρτοιο,
Ὃν ῥα κατακτείναντες, ἐπὶ προχοαῖς μεθέηκαν
Ὀρνυμένου ποταμοῖο· φέρεν δ' ὅγε πνεύματι κραιπνῷ·
Θεινόμενος δὲ δίναις εἰς κῦμ' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο,
Κέλσεν ὑπὲρ νήσων, Ἀψυρτίδας ἃς καλέουσιν,

Ἀλλ'

1016. ἀκέσας As. Voss. 1021. ἄκουσεν Voss. 1022. ἀγέραι Voss. 1024. Ἀλλά οἱ Voss. Ἀλλὰ ὅς AIC.

recte vidit legendum esse στυφελῶν, vt sit Colchorum epitheton, quod etiam absque Vossiani codicis monitu faciendum erat. Quod autem ἐπὶ substitui vult pro ὑπό, ingeniose more suo coniicit, necessitatem nondum persuadet, cum ὑπὸ etiam locum habere possit, vt in Homerico ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

1012. Cl. Ruhnk. Ep. 2 p. 83 suspicatur ἀνταυγέα legendum pro ἀμφ' αὐχένι, et verba ita ordinanda, καρηβαρέων δὲ θῆκε δειρὴν δολιχὴν ἀνταυγέα φολίσι. Mihi in hac descriptione obdormiscentis draconis splendoris repercussi mentio non valde opportuna videtur. Simplicius et nisi fallor verius fuerit ἅμα αὐχένι. Αὐχὴν proprie ipsa ceruix, a tergo spectata praesertim, iuncturas colli et vertebras continens: δειρὴ s. δειρὰ collum totum a facie spectatum, in quo guttur, arteria etc. Draco somno grauatum caput, et cum ceruice collum deponit in squamas iam non erectas et horrentes, sed iacentes et corpori applicitas.

1016. Placet illud ἀκέσας, nec dubitassem recipere, nisi scrupulum

chorum regionem. (1010) Grauis vero ſomnus extemplo occupauit portentoſi draconis oculos mortis inſtar: isque longum cum ceruice collum impoſuit capite grauato in ſquamas. Obſtupeſcit haec videns infauſta Medea, Aeſonisque filium inclitum impellit incitanda illius audacia, celeriter de arbore vt capiat (1015) pellem aurei velleris: nec ille negat obſequium, ſed ſublata ingenti pelle, ad nauim venit. Vehementer gaudent Minyae heroes, manusque tollunt ad immortales latum caelum habentes. Sic illi contemplantur pellem. At mox Aeëtes (1020) e famulis audit abiſſe Medeam. Continuo iniungit Abſyrto conuocare populum, et quaerere puellam ſororem eamque germanam. Ille velox feſtinat ad ripas fluminis, ad Heroum cateruam, deprehenditque ibi diram virginem. (1025) Nox tum ſtellato peplo mediam viam perfecerat, cum peracta eſt fraus inuiſa ac fatalis caedes incliti Abſyrti ob fatalem Medeae amorem, quo illa proſequebatur Iaſona. Illum ergo occiſum ad ripas et oſtia proiecerunt ruentis fluminis, isque valido vento (1030) pulſatus fluctibus ad vndam maris ſterilis, appulſus eſt ad inſulas, quas *ab eo* vocant Abſyrtides. At haec non fugerunt Iouem inſpe-

1026. Νὺξ δὲ οἱ ἀστροχ. Voſſ. *μέσην* Aſ. 1030. Ὀρινομένυ P. ὅγε κύματι Voſſ.

lum mihi illud iniiceret, quod non apparet, cur aut quo genere erroris aliquis ἀκέσας in ἀθρήσας mutarit: deinde, peraguntur haec ſacra, quibus ſopitur draco, per amica ſilentia. Forte illa adhortatio Medeae, qua animum Iaſoni addidit, non fuit vocalis, aut concepta verbis; ſed nutu modo, vultu, manus motu peracta, quam videns, et ipſum draconis ſomnum, illi paruit.

1024. Reliqui lectionem Stephanianam Ἀλλὰ ἑ, quia nondum obſeruatum mihi exemplum, vbi ἐπάγειν ponatur pro medio ἐπάγομαι, *feſtino* q. d. vrgeo me. Ceterum longe commodior orietur ſententia; ſi ſumamus ἔπαγε poſitum pro ἐπάγετο, et cum antiquis exemplaribus legamus Ἀλλὰ ὅς, ea ſententia, quam in verſione poſui.

1031. Legendum videtur Θεινόμενος δίναις, ne prior huius nominis ſyllaba contra perpetuam conſuetudinem etiam noſtri poetae corripiatur.

1032. Quomodo Abſyrti corpus e Phaſidis oſtiis in ſinum Adriaticum ad Abſyrtidas inſulas ferri flucti-

Ἀλλ' ἄρα ἔτι λάθον Δι' ἐπόψιον ἠδὲ θέμιςας.
Αὐτὰρ ἐπεὶ νηὸς μὲν ἔσω κίον, ἐκ δ' ἑκάτερθεν
Ὄχθης πείσματ' ἔκοψαν, ὑπ' εἰρεσίης δὲ θοῇσι
Πλεῖον ἐπειγόμενοι ποταμοῦ τάμον, ὄτι κατευθὺ
Πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα διὰ ςόμα Φάσιδος εὐρὺ
Ἵεμεθ'· ἀμπλακίῃ δ' ἐφορεύμεθα, πολλὸν ὀπίσσω
Αἰὲν ἀναπλείοντες· ἐλείπετο δ' ἄςεα Κόλχων
Ἀφραδέσι Μινύαις, σκοτερὴ δέ τε ἄμφεχεν ὄρφνη.
Αὐτὰρ ἐπειγόμενοι θέομεν ῥόον ἀφραδίῃσι,
Μεσσάτιοι πεδίοιο· βροτοὶ δέ μιν ἀμφινέμονται
Γυμνοὶ Βουνόμαι τε, καὶ Ἄρκυες ἀγροιῶται,
Κερκετικόν τ' ἀνδρῶν φῦλον, Σιντῶν τ' ἀγερώχων·
Οἱ μήσαντο μεσηγὺ Χαρανδαίων τ' αὐλώνων,
Καυκάσιον παρὰ πρῶνα, διὰ ςεινῆς Ἐρυθείας.
Ἀλλ' ὅτ' ἀπ' ἀντολίης ἐφάνη τερψίμβροτος ἠὼς,
Ποιανθεῖ νήσῳ προσεκέλσαμεν· ἔνθα δὲ δισσοὶ
Χεύμασιν ἀπλώτοισι περιχίζουσι ῥέεθρα
Φᾶσις τ' εὐρυμενὴς ἀκαλαῤῥείτης τε Σαράγγης·
Τὸν

1033. Ἀλλ' οἳ ἔτι — ἠδὲ θέμ. Voſſ. 1034. κίον, ἠδ' ἑκατ. Voſſ. 1035. Ἐχθης — εἰρεσίαις θοαῖσι Voſſ. 1036. τόμον, Voſſ. 1038. δὲ φορεύμ. Voſſ. 1040. Ἀφραδέσιν μιν. Voſſ. σκοτερὴ

fluctibus potuerit, ad illa γεωγραφέμενα argonautica pertinet, de quibus ſententiam vno loco dicere eſt commodius.

1033. Θέμιςας redditum eſt per Nemeſin in Eſchenbachiana. Ad ſententiam bene. Sed non inuenio, vbi perſonae ſint θέμιςες, niſi forte Οδ. Π, 403 Εἰ μέν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιςες. Verum hic etiam lectio variat et interpretum ſententiae. Hic quidem locus indicat, θέμιςας non de iudicibus modo humanis dici, ſed etiam de aeterna lege iuſtitiae, quam Fas dicere ſolent.

1034. Illud ἑκάτερθεν ſignificat ab vtraque ripa, dextra et ſiniſtra, deligatam fuiſſe nauim: neque adeo latum valde ibi fuiſſe flumen: niſi dicamus, ἑκάτερθεν ad nauis duo latera pertinere, vnde aptae orae ad vnam modo ripam alligatae ſint. Porro illam oportet fuiſſe magnam ἀμπλακίην, quod non ſenſerunt ſe aduerſo flumine remigare. Nempe haec prima et maxima poena ſcelerum atque impietatis apud priſcos, quod bonam mentem ſcelerati amittunt. Itaque ἀφραδέας appellat Minyas v. 1040. Caeterum ab hoc praeſertim inde loco conferre qui voluerit, quae diſputantur in praelectione I de nauigationibus Phoenicum etc. §. 3 et hanc partem melius intelliget, et de toto poemate iudicabit rectius.

1044. Σιντῶν τ' ἀγερώχων] Σίνδων

inſpectorem et Fas. Verum cum intra nauem ſe recepiſſent, et vtrinque de ripa abſcidiſſent oras, celerique remigio (1035) vrgentes plus ſubinde fluminis ſecuiſſent, nequaquam tamen recta via ad piſcoſum Pontum per latum os Phaſidis delati, ſed ablati errore ſumus, multum retro ſemper nauigantes. Relictae erant Colchorum vrbes imprudentibus Minyis, tenebricoſa illos caligine circumdante, (1040) ſed vrgentes *remos* per fluuium currimus imprudentes, mediis campis. Homines vero vtrinque habitant Gymni, Buonomae, et agreſtes Arcyes, Cercetiorumque virorum natio, Sintorumque ferocium, qui ſedes ſibi conſtituere medias Charandaeorum conualles, (1045) Caucaſium iuxta promuntorium, per anguſtam Erythiam. Sed cum ab ortu apparuit grata mortalibus aurora, ad herbidam appulimus inſulam. Ibi duo vndis innauigabilibus circumfindunt fluenta ſua *fluuii*, Phaſis latus, et placide fluens Saran-

ſph. Eſchenb. 1044. Κερκετικῶν Voſſ. 1045. Οἱ *κάσαντο* Voſſ. F. *νήσαντο* V. No. 1046. Καυσάκιον PAI. 1048. Ποιανθᾶ Aſ. Voſſ. PAIC. *ποιάνθη* Steph. et ſecuti. 1050. *σαράγγους* ſph. Eſch.

δαν omnino ſcribendum cum Strabone lib. XI. et Plinio. ESCH.

1044. Σιντὰς etiam aperte in regione Pontica collocat Dion. v. 1089. Nolui tamen lectionem mutare, cum poſſit eſſe *διττογραφία*. GESN.

1045. Non dubito quin dederit auctor *νήσαντο* ex illo themate, de quo ad 952 dictum eſt: *νέω*, *νηέω*, *νηνέω*, congerendo ſtruere ſignificat: hinc *ναὸς* et *ναίω* et *ναιετάω*. Hinc illud Heſiodeum Ἔργ. 639 *Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος*, *Struxerat ſibi* h. e. habitabat prope Heliconem.

1046. An ab hac dicti Erythini illi, de quibus Apollo. 2, 943 *Σήσαμον, αἰπεινούς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους*· Add. quae dicentur ad 1054.

1048. *Ποιάνθη*] Vide Holſtenium ad Stephanum voce *Φᾶσις*. ESCHENB.

1048. Hanc inſulam, cuius non nomen proprium, ſed epitheton videtur *ποιανθής*, herbis florida, efficiunt duo fluuii Phaſis et Saranges, qui findunt circa illam, diuiduntque ſuos fluctus. Phaſin autem hunc ita deſcribit noſter, vt ſit in regione mediterranea coniunctus et continuus cum illo Colchico. Retro enim aduerſo illo primario Phaſide Argonautae remigantes per plures populos, tandem per hunc alterum in Maeotin paludem enauigant. Cf. 1051. GESN.

1050. *Ἀκαλαῤῥείτης τε σαράγγους*] Legebatur alias *σαράγγης*, ſed

Τόν ῥα πλημμύρεσα διὰ χθονὸς εἰς ἅλα πέμπει
Μαιῶτις καναχηδὸν, ἐλειονόμε διὰ ποίης.
Καὶ τόθ' ὑπ' εἰρεσίῃ πλέομεν διὰ νύκτα καὶ ἦμαρ·
Δισσαῖς δ' ἐν τριμόροισι Βοὸς πόρον ἐξικόμεσθα,
Λίμνης ὄντα μεσηγὺ, Βοοκλόπος ὅ ποτε Τιτὰν
Ταύρῳ ἐφεζόμενος βριαρῷ πόρον ἔχισε λίμνης.
Καὶ ῥα πανημερίῃσι πονεύμενοι εἰρεσίῃσι,
Μαιώτας, πρῶτ' εἰσαφικάνομεν· ἀβροχίτωνας·
Ἠδὲ Γελωνὸν ἔθνος, βαθυχαίτων τ' ἄπλετα φῦλα,
Σαυρομάτας τε, Γέτας, καὶ Γυμναίες, Κέκρυφάς τε,
Ἀρσωπάς τ' Ἀριμάσθας, ἔθνη πολυπήμονα λαῶν,

Ὦν

1054. ἐξικόμεσθα Voss. 1055. Λιμνησσὸν Voss. Λίμνης ὄντε -- ἔκποτε Alii omnes. 1058. πρώτας ἀφικάν. Af. πρώτες ἀφικά. ἀκροκί. Voss. πρώτες etiam PAIC. 1059. γελωνῶν -- βαθυάγρ.

fed H. Stephanus mutauit, forte non adeo neceſſaria correctione. vid. Plin. lib. VI. c. XVI. ESCH.

1050. Neſcio quid viderit Eſchenbachius. Editum fuit, vt a reliquis, ita ab H. Stephano σαράγγης. GESN.

1051. Hinc demum intelligere mihi videor quae modo dicta ſunt ad v. 1048. Secundum hanc poetae deſcriptionem Saranges e palude Maeotica in terram infunditur: intus iungitur cum Phaſide, et illius vndis mixtus exit in Pontum Euxinum. Vtrum hoc hodie etiam verum ſit, vtrum aliunde etiam conſtet, iam non habeo dicere: ſed hanc verſuum, quos tractamus, ſententiam eſſe, non dubito.

1054. Multum de hoc loco laboraui, fateor: vtrum aliquid effecerim, videre lectoris eſt. Primo, quae eſſent δισσαὶ τρίμοροι, non caret difficultate. Sed ſi recte Budaeus de aſſe p. 17 quem ſolum adhuc laudare auctorem poſſum, τρίμορον ſ. τρίμοιρον eſt dodrans $\frac{3}{4}$, vti δίμοιρον (De quo etiam Sa. Tennulius ad Iamblich. in Nicomachi Arithmet. p. 101 et al.) bes, $\frac{2}{3}$. Fuerint igitur δισσαὶ τρίμοροι ἡμέραι duo dodrantes diei ſ. dies integer cum dimidio. Porro βοὸς πόρον hic eſſe Boſporum Cimmerium, non eſt dubium. Hic Boſporus medius eſt inter Maeotida paludem et Pontum Euxinum, quos commercio aquarum iungit. Iam rationem adfert Poeta, vnde illud fretum Boſpori nomen habeat. Fidit ibi aperuitque πόρον, tranſitum paludis in mare Euxinum, boui robuſto inſidens, Titan βοοκλόπος. Sed hic quis eſt? Herculem, et Geryonae boues huc aduocare non licet. Titan quidem vocatur ille ab ipſo noſtro Hym. 11, 1: verum κλέπτειν non ſolet Hercules, furari illum pudet: rapit potius. Βουκλόπος θεὸς Porphyrii de antro Nymph. p. 119 Barn. ὁ τὴν γένεσιν λεληθότως ἀκέων (ſ. ἀνύων) plane huc nihil facit. Inter Titanas proprie dictos, Gigantes certe Terrae filios eſt Alcyoneus: de quo Apollod. Bibl. 1, 6 p. 16 Οὗτος τὰς Ἡλίου βόας ἐξ Ἐρυθίας ἤλασε. Verum boues

Saranges, (1050) quem exundans in mare mittit cum sonitu Maeotis per palustres herbas. Tum remigando nauigauimus noctem et diem, et duobus dodrantibus (*horis XXXVI*) peruenimus ad Bosporum, Paludem inter *et Pontum qui est* medius, vbi quondam abactor boum Titan (1055) tauro robusto insidens transitum paludis findendo aperuit. Hic totius diei remigatione fatigati ad Maeotas primum deuenimus molliter vestitos, et Gelonam gentem, et comatorum populosas nationes, Sauromatasque, Getasque, et Gymnaeos Cecryphasque, (1060) Arsopasque, Arimaspas, gentes populorum peco-

Voss. 1060. γένυς τε καὶ As. Voss. γένυας τε και PAIC. 1061. ἀριμάδας As. ἀριμασπὰς Voss.

boues Solis stabulabantur in Erythia insula Gadibus vicina? Stabulabantur etiam in Sicilia (vid. Bochart. Phal. 1, 27 p. 570). Quis vero in his fabulis antiquissimis consensum et constantiam requirit? Noster quidem certe Erythian in hac ipsa regione agnoscit v. 1046 et Erythinos habet Apollo. Argon. 2, 943. Ab Erythia illa Hispanica Hercules Geryonae boues abduxit: quamquam in hoc etiam variatur. Vid. Eustath. ad Dionys. v. 558. Maneat, dum quis adferat certius, Cimmerius Bosporus de poetae nostri sententia nomen et ortum debet Titani, boue per illum inuecto, quem Alcyonea gigantem vocat Apollodorus. Plura disputata sunt in praelect. cit. §. 3 quae vel ideo reponi, qualia erant, placuit, vt appareat certe, me hoc egisse, vt loco obscuro lucem vndecunque quaererem.

1058. Cum totus remotioris antiquitatis tenor, ita tum forte etiam haec appellatio ἀβροχιτώνων indicat, antiquissimos, quos Graeci norant, harum regionum homines, non fuisse ab omni cultu molliori et humaniori (indifferenter enim vtimur his nominibus) remotos. Sed nec negauerim, posse ἀστεϊσμὸν fuisse in tali appellatione: illud modo monendi interdum videntur lectores, vt cogitent, non in fera barbarie, sed in culta olim Phoenicum, Aegyptiorum, Graecorum commerciis et coloniis, regione, ac felici sub caelo, se versari.

1059. Βαθυχαίτων proprium gentis nomen esse debet, quod non magis miror quam Galliam *comatam* aut braccatam, aut Langobardos e. i. g. a. sed alias nondum obseruaui. Forte erit tempus, cum regiones, nimium hodie vel neglectas eruditis peregrinatoribus, vel inaccessas, monumenta e profundo eruta illustrabunt.

1061. Ἄρσωπ.] Pro ἀριμάδας sunt qui ἀριμάσπας reponendum putant: (licet ἀριμασποὶ potius vocentur) sed ego multa hic et alia nomina populorum deprauata esse existimo, sicut et paulo post.

H. STEPH.

1061. Ἀριμάδας] Ἀριμάσπας hoc

Ὧν περιναιετάει ἐν γῇ Μαιώτιδα λίμνην.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κ' ἐν τοῖσι δύην ἀμέγαρτον ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, πύματον δὲ βυθοῦ διαμείψαμεν ὕδωρ,
Ὄχθῃσι χθαμαλῇσιν ἀποβλύει αἰπὺν ὄλεθρον,
Ῥοίζῳ ἐλαυνομένη· καναχεῖ δέ τοι ἄσπετος ὕλη,
Ἀρκτώοις περάτεσσιν ἐπέρχεται Ὠκεανόνδε.
Τῶρα τόθ' ἀρπαχθεῖσα διὰ στόματος κίεν Ἀργώ.
Ἐννέα μὲν νύκτας τε καὶ ἤματα μοχθίζοντες,
Λείπομεν ἔνθα καὶ ἔνθα βροτῶν ἀπηνέα φῦλα,
Πακτῶν Ἀρκτείων τε γένος, Λελίων τ' ἀγερώχων,
Τοξοφόρους τε Σκύθας, Ἄρεος πιστοὺς θεράποντας·
Ταύρους τ' ἀνδροφόνους, οἳ ἀμειδέα θύσθλα φέρουσι
Μουν-

1062. F. περιν. γενεὴ V. N. 1063. κέντοισι Ast. et PAIC. ἐπεὶ μὲν τοῖσι Voss. 1066. ἐλαυμένη Ast. 1068. τότ' — κῖεν Ast.

hoc loco reponendum esse, nullum est dubium. Sed et pleraque in hoc auctore, quae ad Geographiam spectant, adeo sunt obscura, adeo forte etiam corrupta, vt impossibile sit ea loca vel explicare feliciter, vel corrigere sine Manuscriptorum codicum ope. Quamobrem Tuam, Lector, circa talia nonnulla veniam petere et plane ἀπέχειν satius esse duco, quam me non optime fundatis coniecturis cauillatorum petulantiae exponere. Hoc tantum hic monendum ratus sum, me cum Holstenio (in Ἀριμάσποι) ἄρσωπας in hoc versu non agnoscere nomen gentis, quod facit H. Stephanus, sed arbitrari Epitheton esse Arimasparum *monoculorum* et *torue tuentium*. ESCH.

1061. Πολυπήμονα non valde hic placet. In Hymno in Mercurium Homerico v. 37 πολυπήμων est damnis atque iniuriis obnoxius: sed apud ipsum Homerum Δ, 433 ἀνὴρ πολυπάμμων, πολυθρέμμων diues gregibus etc. GESN.

1062. Placet coniectura Cl. Piersoni Verisl. p. 188 ὧν περιναιετάει γενεή. Emendatione quidem aperte indiget locus, licet illud aliquantum videatur insolens, γενεῆς nomen hic comprehendere ἔθνη λαῶν.

1068. Mirum, et forte falsum atque fictum est, certe hodie non amplius verum, quod hic dicitur, et mox 1076 explicatius declaratur, paludis Maeotidos partem versus septentrionem effundi in Oceanum illum s. Cronium, s. Hyperboreum s. mortuum adeo, quemadmodum ad meridiem per ipsum Cimmerium Bosporum exit in Pontum Euxinum. Potuit tamen hactenus certe vera esse haec commemoratio, vt via partim nauigabilis, partim expeditis et robustis nauicularum suarum baiulis non insuperabilis, ad illud mare patuerit. Potuit de Tanai a septentrionibus cum Maeotide palude se miscente audisse noster. Hic vniuersim illud ostium septentrionale Maeotidis, quodcunque fuerit, indicat, statim rediturus v. 1069 ad nauigationem per Bosporum, mihi quidem minime expe-

pecoris diuites, quorum genus Maeotida paludem circumhabitat. Verum quum hic etiam molestiam immensam obiecissent immortales, extremamque gurgitis aquam traiecissemus, *eo delati sumus*, *vbi* ripis humilibus praecipitem eructat perniciem (1065) *palus* cum strepitu impulsa, vnde ingens silua resonat, arctoisque finibus Oceanum ingreditur, in quem tum etiam abrepta per ostium Argo perrexit. Nouem noctes et dies totidem laborantes, reliquimus hinc et hinc immanes mortalium nationes, (1070) Pactorum Arcteorumque genus, Leliorumque superborum, sagittariosque Scythas, fideles Martis famulos, Taurosque homicidas, qui tristia sacra

1070. *ἀγνῶτα* Voss. 1071. *Πακταίων ἀρκτῴων* Voss. *ἀρχτ.* marg. Voss. *ἀρκτέωντε* P. 1073. *ἀνδρομοίγυς* Voss.

expeditam, quam cum Periplis antiquis et aliis Geographis vel Argonauticis conciliare nullo modo possim. Sed nec illos inter se, nec vllum illorum cum facie hodierna conciliare possum, nec hanc cum monimentis lapidum vel numorum, si qua forte per vastam tot saeculorum barbariem conseruata sint. Poscit ea res, et, nisi fallor, meretur regiam liberalitatem, vel regis alicuius, vel aliquot locupletium priuatorum, vt metallorum instar, quaecunque offerantur bonae et Graecae antiquitatis venas persequantur. Ad liquidum sic perluci omnia si quis speret, ille nimis leuis animi et parum in hac parte historiae literarum versatus mihi videatur: sed rursus quin multa delitescant in isto Periplo monimenta Graeca, nullus dubito.

1072. *Τοξοφόρας* forte posuit auctor tanquam interpretationem nominis, quam hodie etiam suos habere assertores nouimus. Homeri aetate hoc nomen nondum in usu fuisse probabile putant, qui incolas harum regionum *ἀβίων* et *γλακτοφάγων* et *ἱππημολγῶν* appellationibus signasse videatur. Vid. Reimmanni Ilias post Homerum p. 271 sq. Sed, vt verum fatear, ex Ιλ. N, 5 sq., quo solo loco nomina ista habentur, illud non collegerim. Dicit Iouem interim auertisse oculos a Graecorum Troianorumque certaminibus, et defixisse in illis gentibus, quibus simplicitatis et iustitiae laudem impertit, cum forte iam tum a Graecis eas ipsas ob virtutes, quibus adiuncta paupertas esse solet, contemnerentur. Breuiter, hic Homeri locus non facit, vt *Scytharum* illi nomen inauditum putem. Multo minus hinc argumentum petere licet ad arguendam poetae nostri nouitatem.

1073. At Tauros et Dianam Tauricam et Chersonnesum Tauricam extra Maeotida paludem ponunt et pingunt omnes. Consideretur v. g. Iphigeniae in Tauris Euripideae scena. Sed iam fassus sum, in talibus me haerere. Nondum vero adducor, vt ideo damnem scriptorem,

Μινυχίη, βροτέῳ δ' ἐπιδεύεται αἵματι κρητήρ·
Ἂν δ' ἄρ' Ὑπερβορέους, Νομάδας, καὶ Κάσπιον ἔθνος.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δεκάτη ἐφάνη φαεσίμβροτος ἠώς,
Ῥιπαίους αὐλῶνας ἐκέλσαμεν, ἐκ δ' ἄφαρ Ἀργὼ
Ἆγεν ἐπιπροθέουσα διὰ στεινοῖο ῥεέθρου·
Ἔμπεσε δ' Ὠκεανῷ, Κρόνιον δέ ἑ κικλήσκουσι,
Πόντον Ὑπερβορέην μέροπες, νεκρήν τε θάλασσαν.
Οὐκέτι δὲ προφυγεῖν ἐδοκεῦμεν λυγρὸν ὄλεθρον·
Εἰ μὴ ἄρ' ὁρμαίνουσαν ὑπὸ κρατερῇφι βίῃφι
Νῆα μολεῖν ἰθὺν ἐπὶ δεξιὸν αἰγιαλοῖο
Ἀγκαῖος, ξεστοῖσι πιθήσας πηδαλίοισιν.
Ἡ δ' ἔθορεν δισσαῖσι βιησαμένη παλάμῃσιν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ μογεροῖσιν ἐδαμνάμεθ' εἰρεσίῃσι,
Χεῖρες δ' οὐκέτ' ἔμιμνον, ἀκηχέμενοι δὲ φίλον κῆρ
Πήχεας ἀμπλέξαντες, ἐνηρείσαντο μέτωπα,
Ἱδρῷ ἀναψύχοντε· κέαρ δ' ἐπετείρετο λιμῷ.
Ἀγκαῖος δ' ἐξᾶλτο, καὶ ἄλλους πάντας ὄτρυνεν
Ἥρωας, μαλακοῖσι παραιφάμενος ἐπέεσσιν.
Οἳ δ' ἐπεὶ οὖν τένοντάς τε πολυστρέπτοισι κάλωσι

Βάν

1081. ἐκοῦν Voss. 1087. ἀκεχέμ. Voss. et ἀκηχεχέ. mar.

rem, qui videam, Homeri Geographiam esse praeclaram, quatenus intra Graeciam versatur, cum eam egreditur, monstrosam.

1075. Vid. Prael. 2 c. 2 de Hyperboreis §. 3.

1078. Elegans et digna illo ingenio coniectura Ruhnkenii, qui Ep. 2 p. 83 legi vult Αἶψ' ἐπιπροθέουσα, vt Apollo. Rhod. 1, 528 Αἶψ' ἐπιπροθέοντες· sed cui repugnare videtur illud ἐκ, quod sic non habebit, quo referatur. Malim igitur iungere ἐκ et ἆγεν, et intransitiue verbum accipere, vt in παράγω, προάγω, ὑπάγω. *Argo praecurrens exiit* etc.

1079. Ad hunc quidem certe locum referri non potest, quod est apud Schol. Apollo. 4, 327 Κρονίην ἅλα esse mare Adriaticum: lice alioquin, qui Saturniam vocarun Italiam, iidem etiam κρονίας ἀλ appellationem Adriatico mari potue rint tribuere.

1085. Peculiari ratione poni hi videtur participium medium. Cu rit, animalis instar Argo, et vi via sibi facit, per mare, sed δισσαῖ παλάμῃσι, vtraque manu Anca ipsa quoque impulsa. Itaque dupl cem habere vim videtur τὸ βια σαμένη, consuetam illam, qua ruere et irrumpere notat, tum pa siuam, quae indicatur illo dati instrumenti.

1088. Videor hic mihi vide picturam desperantis tristitiae. M nus labore fessas non iam ad rem applicant, sed sinistra dextrum pr he

ſacra offerunt Munychiae, humano autem ſanguine rigatur crater. Sic per Hyperboreos, Nomadas et gentes Caſpias *perreximus*. Sed poſtquam decima orta eſt lucem ferens mortalibus aurora, Rhipaeas ad conualles appulimus, hinc agit ſe ſubſultim Argo procurrens per anguſtum fretum, inciditque in Oceanum, Cronium pontum vocant homines, Hyperboreum, et mare mortuum. Nec iam effugere nos poſſe credebamus triſtem interitum, niſi maximo impetu ruentem nauim direxiſſet, vt iret ad dextrum litoris, Ancaeus, politis nixus gubernaculis. Haec vero procurrit ambabus impulſa ruens manibus. Sed poſtquam laborioſa remigatione defatigatis manus non iam manerent *in officio*, et corde contriſtati cubito manu prehenſo fulſere capita, ſudorem refrigerare cupientes, cor interim fame conſumebatur. Hic exſiluit Ancaeus, et alios omnes excitauit Heroas, lenibus eos verbis allocutus. Tum hi in tumulum quendam vorticoſi

1088. *ἐν ἀρασ.* Voſſ. *ἐναρίσ.* PAIC. 1089. *ἀποψυχ. ἑτάρ.* Voſſ. 1092. V. N.

hendunt cubitum, hoc autem caput fulciunt.

1089. Non dubito, quin recte Voſſianus *ἀποψύχοντε*. Sic plane Ιλ. X, 2 Ἱδρῶ *ἀπεψύχοντο*. Dualem hic pro plurali poni, manifeſtum eſt. Vid. ad 818. *Cor fame conſumitur* antiquiſſima Orientis formula, *fulcitur cibo* etc.

1092. *Τέναγος* quid eſſet, pulchre docet Suidas: *Τενάγη διάβροχοι κάθυγροι τόποι, πηλώδη πελάγη, ἢ ἰλὺς ἐπιπολάζοντος ὕδατος οὐ πολλοῦ, καὶ βοτάνης ἐπιφαινομένης τῷ ὕδατι·* vtiturque ad eam rem declarandam loco Polybii L. 2 c. 75 f. p. 76, A. Wechel. vbi docet ſcriptor prudentiſſimus, quam callide tali loco, certis temporibus ſiccari ſolito, ad transducendas velut per pontem copias vſus ſit Hamilcar. Eſt igitur noſtro *τέναγος* aliquid Syrtium ſimile: locus maritimus interdum ita ſiccus et ſolidus, vt modo foſſas velut aquae et canales habeat, ceterum veſtigia humana in ripis foſſarum accipiat. Eſt vero hic mihi locus in tantum certe deſperatus diu viſus, vt veram certamque illi lectionem reddere non auderem: ſed tentabo. Niſi fallor, vlcus maxime haeret in verbis *πολυστρέπτοισι κάλωσι*, quae bis ita proxime ab auctore poſita, ſine vel neceſſitate, vel vi, vel Venere, non poſſum putare. Sed v. 1094 loco ea poſita, et neceſſaria arbitror. Supereſt, vt hic male inculcata putem, vel ſimplici errore librarii, oculos in tertium ab eo verſum, in quo

Βάντες ὑπὲρ τοίχων ἅλαδε σφυρὰ κῦφα βάλοντο,
Ὦκα δ᾽ ἄρ᾽ ἀρτήσαντο πολυςρέπτοισι κάλωσι,
Πρύμνης ἐξ ὑπάτης δολιχὴν μήρινθα βαλόντες
Ἄργος τ᾽ Ἀγκαῖός τε, καὶ ἀρχὰς δῶκαν ἑλέσθαι
Ἡρώων. τοὶ δ᾽ αἶψα δι᾽ αἰγιαλοῖο θέοντες,
Σῦρον ἐπειγόμενοι· σὺν δ᾽ ἕσπετο ποντοπόρος νηῦς,
Τέμνουσ᾽ ὑγρὰ κέλευθα παρὰ ξυςοῖς κροκάλοισιν.
Οὐ γάρ ἑ λιγὺς οὖρος ὑπὸ πνοιῇσιν ὄρινε
Βυκτάων ἀνέμων κλεινὴν ἅλα· κωφὰ δὲ πόντος
Κεῖθ᾽, ὑπέρ θ᾽ Ἑλίκης καὶ Τηθύος ἔχατον ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ἕκτη φαεσίμβροτος ἤλυθεν ἠώς,
Ἔθνος ἐς ἀφνειὸν καὶ πλούσιον ἐξικόμεσθα
Μακροβίων, οἳ δὴ πολέας ζώουσ᾽ ἐνιαυτοὺς,
Δώδεκα χιλιάδας μηνῶν ἑκατονταετήρων
Πληθούσης μήνης, χαλεπῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων·
Αὐτὰρ ἐπεὶ μηνὸς τὸ πεπρωμένον ἐξανύσωσιν,
Ὕπνῳ ὑπὸ γλυκερῷ θανάτου μάρπτουσι τελευτήν.
Οὐ δ᾽ ἄρα τοῖσι μέλει βίοτος καὶ ἔργ᾽ ἀνθρώπων,
Ποίαις δ᾽ ἐν μεσάταις μελιηδέα φερβὰ νέμονται,
Ἕρσῃ

1095. μήρινθα Voss. 1097. F. Ἥρωσιν. 1098. ἔσπετο Ask. 1099. ξεστῆς Voss. 1100. Οὐ γάρ οἱ λιγ. Voss. 1101. κά-

quo versabatur, coniicientis, et animaduersum mox errorem corrigere, ne librum deformaret, cunctantis: vel, quod magis placet, inuitante insuper similitudine. Verbo, pro πολυςρέπτοισι κάλωσι in hoc versu fuisse suspicor, πολυςροίβοιο θαλάσσης· et legendum οἱ δ᾽ ἐπὶ ἐν τέναγός τι πολ. θαλ. Non opus est longiore disputatione. Qui possunt ad tale iudicium admitti, eos considerata hac ipsa adnotatione, et interpretatione nostra, hoc certe pronunciaturos arbitror, dictum a nobis esse, quod et intelligi possit, et cum reliqua ratione huius carminis conueniat. Rarius nomen πολυςροίβοιο, et literis paucis ab altero diuersum, cedere illi coactum est. Legitur vero apud Nicandrum Alexiphar. v. 6, vbi ille amicum suum Cyzici habitare dicit ἄγχι πολυςροίβοιο θαλάσσης· quod vetus Schol. interpretatur, τῆς πολυταράχου, παρὰ τὸ ςροβεῖν τὰς ναῦς, ὅ ἐςι ταράσσειν. Potest etiam de ipsa maris perturbatione intelligi, qua colliguntur descripta modo τενάγη.

1093. Cf. ad v. 620. Hic modo indicatur festinatio non exspectantium κλίμακα, vt 634, sed saltu iactantium corpora in terram.

1097. Ἡρώων quomodo hic tueri locum possit, non intelligo. Formam τοῦ ω etiam talem esse, quae facile in οι mutari potuerit, vnicuique hodie facile est ad videndum

cosi maris progressi super nauis parietes talos (*pedes*) celeres misere, statimque contortis eam funibus alligantes, longum rudentem de summa puppi deiectum (1095) Argusque Ancaeusque extremis prehendendum dederunt Heroibus, qui statim ad litus decurrentes trahebant connixi, consequente illos naui pontigrada: sicque secant liquidas vias iuxta politum litus: neque enim aura flatibus concitabat (1100) mugientium ventorum illud mare: tacite ibi iacet pontus, vbi Helice est, et vltima Tethyos vnda. Cum sexta veniret lucem ferens mortalibus aurora, ad beatam gentem ac diuitem peruenimus Macrobiorum, qui multos sane viuunt annos, (1105) duodecim chiliadas mensium centenis annis constantium, dum impleatur luna, extra molestias omnes. Sed postquam numerum fatalem mensium peregerunt, dulcem per somnum mortis finem capiunt. Interea illis curae non est victus hominum et opera *rustica*. (1110) Herbis in mediis mellita depascuntur.

γην Piers. Veris. p. 20. 1102. ὑπερ ἑλικης τε κε Voss. 1105. πολλέας PAIC. 1108. Αὐτὰρ μηνος Ask. 1111. Φορβα Voss.

dum, qui etiam vsum non multum MSStorum librorum habuerit.

1099. Τέμνεσ'] Aut potius ξυνῆς κροκάλησιν. H. STEPH.

1099. Ξυνοῖς κροκάλοισιν] Fortassis non improbanda H. Stephani coniectura, ξυνῆς κροκάλησιν legentis. ESCH.

1100. Ἑ ad κλεινὴν (vel, quod magis placebat Piersono, κείνην) ἅλα refero, pronomine relatiuo Orientalium more redundante. Sic 1192. Ipsum ἑ porro producitur ob liquidam sequentem, quae pronunciando et scandendo duplicatur.

1106. Quod hic describitur vitae tempus, est aeternitas. Felicitatem alterius vitae, quam Insulis beatorum adscribunt alii, depingere poeta voluit, imaginibus ad eam rem vsus, quas putaret efficacissimas.

1111. Vtrum hanc particulam imaginis suorum Macrobiorum poeta modo ex ingenio, h. e. naturae ipsius consideratione hauserit, quae valde commendare dulcia pueris et senibus solet: an ex obseruatione gentium, aut gentis certe antiquae: an denique de Mosaicis libris, non dixerim. Notabilis certe est de Nabataeis locus Diodori Siculi 19, 94 ad quem πάντα περὶ πάντων dedit Wesselingius, De melle siluestri ex arboribus stillante. Mentio τῆς ἔρσης et *herbae* suadet, vt de Mosaica narratione aliquid ad illum peruenisse, mihi probabile videatur.

Ἕρσῃ ὑπ᾽ ἀμβροσίῃ θεῖον ποτὸν ἐξαρύοντες,
Πάντες ὁμῶς ςίλβοντες ὁμηλικίην ἐρατεινήν.
Μειλιχίη δέ τοι αἰὲν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε γαλήνη
Παίδεσιν ἠδὲ τοκεῦσιν, ἐπὶ φρεσὶν, ἠδὲ νόοιο,
Αἴσιμά τε ῥέζειν πεπνυμένα τ᾽ ἐξαγορεύειν.
Καὶ τὲς μὲν ῥ᾽ ἀθρόες παραμείβομεν, αἰγιαλόνδε
Ποσσὶν ἐπιςείβοντες. ἔπειτα δὲ Κιμμερίοισι
Νῆα θοὴν ἐπάγοντες ἱκάνομεν, οἵ ῥά τε μῦνοι
Αἴγλης ἄμμοροί εἰσι πυριβρόμε ἠελίοιο.
Ἐν μὲν γὰρ Ῥίπαιον ὄρος καὶ Κάλπιος αὐχὴν
Ἀντολίας εἴργεσ᾽· ἐπικέκλιται δὲ πελώρη
Ἄσσον ἐπισκιάεσα μεσημβρινὸν ἠέρα Φλέγρη·
Δείελον αὖ κρύπτεσι φάος τανυηκέες Ἄλπεις
Κείνοισι μερόπεσσιν, ἀχλὺς δ᾽ ἐπικέκλιται αἰεί.
Ἐνθάδ᾽ ἀφορμηθέντες ἐπειγομένοισι πόδεσσιν
Ἵξαμεν ἀγκῶνα ςυφελὸν καὶ νήνεμον ἀκτὴν,
Ἔνθα περ ἀμβλύζων ποταμὸς δίναισι βαθείαις
Θείει χρυσορόας Ἀχέρων κρυερῦ διὰ χώρε,
Ἀργυροειδὲς ὕδος προρέων, λίμνη τε κελαινὴ
Ἀνδέχεται· παταγεῖ δὲ παρ᾽ ὄχθαισιν ποταμοῖο
Δέν-

1113. ἐρατεινήν P. 1115. F. νόοισι. 1118. ἐπιςυβοντες Voss. 1120. πυριβόμε PAIC. 1121. αὐχὴν Voss. 1122. Αιτολ. sph. Esch. Vid. leg. ἀποκέκλεισται. 1123. ἐπισκιάεσα Ask.

1120. A tenui forte principio orta absurda et plane ἀγεωγράφητος traditio de perpetuis tenebris: quae interim totum pene dixerim genus scriptorum occupauit, ab Astrologis, qui idem Geometrae essent, apud Graecos si discesseris. Vid. Huet. Dem. Euang. 4, 8, 14 et Huetian. c. 94 p. 236. Sed ipsa poetae descriptio superuacuam facit omnem vel excusandi vel refellendi operam. Caeterum non dubito, quin recte coniecerit Cl. Ruhnk. Ep. 1, 34 πυριδρόμε, quod epitheton etiam habetur H. 6, 9 et 7, 11. Non tamen ausus sum mutare lectionem, cum potuerit poeta sic exprimere stridorem illum Solis in mare descendentis, quem audire se putabant homines, de quo vid. Strabo 3, p. 95, 21 sq. et VV. DD. ad Flor. 2, 17, 2. Strabonis verba, Δύνειν τὸν ἥλιον μετὰ ψόφε ὡσανεὶ σίζοντος τῦ πελάγες κατὰ σβέσιν αὐτῦ διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθόν. Non ita ignorauit rerum naturam hymnographus Orpheus: sed hic versamur in regno fabularum.

1121. Ἐν μὲν γὰρ etc.] Si hoc non errare est, nescio quid fit error. Dicit auctor *Rhipaeos* montes, *Calpen*, qui est mons ad Gadita-

tur pascua, ab Ambrosio rore diuinum potum haurientes, omnes simul amabili aequaeuitate splendentes: tranquilla semper in oculis illorum innuit serenitas, filiis ac parentibus in mente atque animo est iusta facere, prudentia eloqui. Ac per hos quidem confertos transiuimus, litus vrgentes pedibus. Deinde ad Cimmerios, nauem celerem impellentes peruenimus, qui soli exsortes sunt splendoris solis ab igne suo stridentis. Rhipaeus enim mons et vertex Calpius ortus ab illis arcent, excluditque ingens, ex propinquo dum obumbrat, meridianum aëra Phlegra: vespertinam denique lucem extentae in longum Alpes istis hominibus auferunt, caligoque semper illis incumbit. Hinc cum soluissemus vrgentes *nauem* pedibus venimus ad asperum promuntorium, et vento carentem ripam, vbi ebulliens fluuius profundis vorticibus percurrit, Chrysorhoas Acheron, per regionem frigidam, argentei splendoris aquam voluens, palusque nigra eum recipit, strepuntque ad ripas fluuii arbores in proximo viren-

ἐπισκιάζ. al. omnes. 1124. *τανυηκέες* Voss. 1126. *ἐπειγόμενοι δὲ ποδ.* Voss. 1127. *Ἵξομεν* om. 1128. *δαίνουσι* PAIC. 1129. *χρυσοῤῥόας* PAIC. 1130. *εἶδος* PAIC. *προβάλον* Voss. 1131. *ἀνδέχεται* P. *πανταχῇ -- ὄχθαισι* Voss.

ditanum fretum, *Phlegram* et *Alpes* Cimmeriorum terram circumcludere, et solis lumine priuare. Sed vides *ἀγεωγραφησίαν* veterum. Quamobrem valde vereor, ne in multis talis noster, quod non parum auget difficultatem restituendi pleraque circa Geographiam in hoc auctore, quam ego cur non desperatam dico? ESCH.

1121. *Κάλπις* fluuii nomen apud Apollo. 2, 661. GESN.

1122. *Ἐπικέκλυσται* hoc improuide repetitum mihi videtur ex v. 1025. *ἐπικέκλεισται* vero, vt multa eius generis, accipiendum actiue, ita vt interpretando expressum est.

1123. *Φλέγρην* hic Thraciam esse, Macedoniae vicinam et confusam, campum illum antiquae cum Gigantibus pugnae, in qua re etiam Pallenen appellare solent, dubium non est. Egi de hac significatione nuper ad Claudia. VI Consul. Hon. f. 27, 20.

1126. Meminerimus, nauim trahi ab Argonautis in litore currentibus. Eadem hic sententia, quae 1118. 1127. Ita manifesto necessariam puto hanc emendationem, vt nec reddenda sit illius ratio.

Δένδρεα τηλεθάοντα ποτὶ σχεδὸν, οἷσί τε καρπὸς
Βέβριθε νύκτας τε καὶ ἤματα συννεχὲς αἰεί.
Ἀμφὶ δέ οἱ χθαμαλή τε καὶ εὔβοτος Ἑρμιονία
Τείχεσιν ἠρήρεισαι ἐϋκτιμέναις ἐπ᾽ ἀγυιαῖς.
Ἐν δὲ γένη ζώουσι δικαιοτάτων ἀνθρώπων,
Οἷσιν ἀποφθιμένοισιν ἅλις ναῦς ἴσα τέτυκται.
Καὶ δ᾽ αὖ αἱ ψυχαὶ μετεκίαθον εἰς Ἀχέροντα
Πορθμίδος ἐκ γλαφυρῆς· σχεδόθεν δέ οἱ εἰσὶ πόληες,
Ἄῤῥηκτοί τ᾽ ἀΐδαο πύλαι, καὶ δῆμος ὀνείρων.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ καὶ τῶνδε πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν
Σφῇ ἄτῃ βαρὺν οἶτον ἀναπλώσαντες ἔβημεν,
Δή ῥα τότ᾽ Ἀγκαῖος νηὸς κίεν· αἶψα δὲ πάντας
Εἰσβαίνειν ἐκέλευσε κεκμηκότας ἄμμιγ᾽ ἑταίρους.
Τοὺς ὅγε καὶ μύθοισι προσηύδα μειλιχίοισι·
„Τλῆτε φίλοι τὸν μόχθον· ἐπεί νύ τοι οὔτι χέρειον
„Ἔλπομαι ἀντήσεσθαι· ἐπιφρίσσοντα γὰρ ἤδη
„Ἀκραῆ ζέφυρον καταδέρκομαι· οὐδ᾽ ἀτέκμαρτον
„Ὕδωρ Ὠκεανοῦ κελαρύζεται ἐν ψαμάθοισιν.
„Ἀλλὰ θοῶς ἱστὸν μὲν ἀναστήσασθε μεσόδμῃ,

„Λύσα

1132. οἷσι καρπὸς Voff. PAIC. 1133. Βέβριθεν Voff. συνεχὲς P. et Eschenb. 1134. Ἔνθα Voff. 1135. ἠρήρησαι PAIC.

1133. Hunc verfum lubens caftrarem, adeo mihi abfurda quadam futela confarcinatus videtur: audirem fi pro νύκτας καὶ ἤματα effet ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, vel tale quiddam.

1134. Hermioniam (quae Ἑρμιόνη eft Ιλ. Β, 560, et Eurip. Her. fur. 615 Ἑρμιών, incolae autem Ἑρμιονεῖς Paufa. Cor. f. 2, 34, et regio ἑρμιονὶς apud eund. et Stephanum, quod etiam nauis nomen Thucyd. 1, 128) Argolidis vrbem, cultu Cereris, Proferpinae et Iunonis virginis celebrem, hic non poffe intelligi, dubio caret. Sed his, qui amant veteres perfequi memorias, tamen obferuatione dignum videatur, poni hic in remoto feptentrione nomen vrbis Graecae, no Dearum modo magicarum cult celebris, fed quod ibi facilis a inferos defcenfus effet. Lauda Euftathius ad Ιλ. l. c. p. 217, verba Strabonis 8 p. 257, 39 Πα Ἑρμιονεῦσι τεθρύλληται τὴν εἰς ᾅδ κατάβασιν σύντομον εἶναι· διόπε οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τοῖς νεκρο ναῦλον. Sic Acheronta Chryfo rhoan vidimus modo 1129, in qu forte etiam ethicus mythos ef auri flumen etiam luctus vehere Taceo, quae alias de Graecis c loniis vltra Maeotida paludem d ductis leguntur. Certe etiam h. Orphei perfonam pulchre aucto quisquis eft, fuftinet. Ad H drlani tempora quanta vis fupe

ftit

virentes, quas fructus grauant noctesque et dies continuos semper. Iuxta illum humilis et pascua Hermionia moenibus fundata est circa bene aedificatos vicos. (1135) In ea habitant iustissimorum hominum gentes, quibus post mortem *transuehendis* nauis vna sufficit: animae enim statim ex polita naui in Acheronta transeunt. Prope hanc sunt ciuitates, inuictae inferorum portae, et populus somniorum. (1140) Sed postquam et vrbes et sedes nostro infortunio grauem perniciem passi transiuimus: iam Ancaeus nauim ingressus est, statimque omnes vna ingredi iussit fessos labore socios: quos deinde verbis etiam blandis allocutus est: (1145) Tolerate, amici, hunc laborem, quoniam peiorem non spero nobis oriturum. Nam inhorrescere iam surgentem Zephyrum video: neque sine argumento aqua Oceani arenas perstrepit. Sed celeriter malum erigite in modio, (1150) soluiteque a rudentibus vela, funi-

1139. λαφυρῆς Ask. V. N. 1142. ἀναπλήσ. Voss. 1143. Vid. leg. νῆ' ἐς κίεν. 1144. κεκμηότας Voss. κεκμικ. PAI. 1145. Τὰς ὅτε Voss. 1147. ἀναστήσ. Voss. 1148. ἀτέκμαρτον P. 1150. ἀναστήσασθαι Voss. ἀναστύ. P.

flitiosarum narrationum in hisce locis durauerit, cognosci pulchre potest ex vltima parte missi ad illum ab Arriano Peripli.

1137. Allusio manifesta ad illam animarum transuectionem, quam Aegyptiis, Britannisque, non minus quam Graecis placuisse, constat.

1139. Non placent hic post Piersonum Ruhnkenio Epist. 2 p. 82 Πύλησι· itaque mallet ὀχῆες, vectes, qua voce noster etiam vtitur v. 983, et res ipsa nemini puto peregrina, qui inferos poetarum nouit. Sed ego nec πύλησι damnare, aut loco quem possident mouere ausim. Quidni enim, vbi ἤθεα λαῶν sunt, ibi etiam πόλεις agnoscamus? Et quid faciamus versui 1141? Qui forte a Poeta talis fluxit, Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ τῶνδε πόλεις, non πόλιν. Versum 1140 esse ex Οδ. Ω, 12 expressum, credibile est, vbi Mercurius ducit animas παρ' ἠελίοιο πύλας, καὶ δῆμον ὀνείρων.

1143. Huc vsque traxerunt e litore nauim per palustria Argonautae. Nunc ingreditur Ancaeus nauim, et socios iubet ingredi. An hoc possit expressum esse per νηὸς κίεν, viderint, qui tueri vulgatam lectionem velint. Mihi videbatur res expediri posse, si legas νῆ' ἐς κίεν postposita, vt frequenter, praepositione, vel simpliciter vt Οδ. Φ, 391 ἐς δ' ἤϊεν αὐτός, aut Φ, 244 ἐς δ' ἄρα καὶ τὼ δμῶε ἴτην.

„Λύσατε δὲ προτόνων ὀθόνας· ἐκ δ᾽ ὅπλα χέοντες,
„Σφίγξατ᾽ ἐπισταμένως, τοίχων ἑκάτερθε βαλόντες.
Ὣς οἱ μὲν τὰ ἕκαστα πονείατο· ἐκ δ᾽ ἄρα κοίλης
Νηὸς ἐπιβρομέουσα Τομαριὰς ἔκλαγε φηγὸς,
Ἥν ποθ᾽ ὑπ᾽ Ἀργώαισι τομαῖς ἡρμόσσατο Παλλάς.
Ὧδε δ᾽ ἔφη, (θάμβος δὲ περὶ φρένας ἵκετο πάντας)
„Ὤιμοι ἐγὼν, ὄφελόν με διαῤῥαισθεῖσαν ὀλέσθαι
„Κυανέαις πέτραισιν ἐν ἀξείνῳ τε κλύδωνι·
„Οὔ κεν νῦν ἀνάπυστον ἀιδρείῃ βασιλήων
„Νώνυμνον φορέεσκον. ἐπεὶ νῦν αἰεὶ Ἐριννὺς
„Αἵματος ἐμφυλίοιο δεδουπότος Ἀψύρτοιο
„Ὑστερόπους ἕπεται· στέργει δέ τοι ἄτη ἐπ᾽ ἄτην.
„Νῦν γὰρ δὴ λυγρῆς τε καὶ ἀργεννῆς κακότητος
„Ἵξομαι, εἰ νήεσσιν ἐριννύσιν ἄσσον ἵκωμαι.

Ei

1153. *πονέατον* Voss. F. *πονήατο* V. N. 1155. *ἡρμόσατο* Voss. 1157. *ἀγὼν* P. *διαῤῥεθ.* PAIC. 1158. *κύδωνι* PAIC. 1159. H

1153. *Πονήατο* est 765 et probat analogia: est enim ex *πεπόνηντο*.

1159. *Ἀνάπυστον* quid esset, dubium fecere Grammatici. Satis, nisi valde fallor, fuerat dicere, retinere illud significationem verbi *ἀναπυνθάνομαι*, et significare rem celebrem, de qua requirant omnes et audiant. Recte Suidas, *Ἀνάπυστα, ἔκπυστα, δῆλα.* Et ponit exemplum, quod ex Nic. Damasceno sumtum, Kusterus admonuit, (Vid. Exc. Vales. p. 441) *Θάνατος Σθενοβοίας ἀνάπυστος ἐγένετο, ἀντὶ τοῦ φανερός.* Sed addit *ἀνάπυστον τὸ ἀνήκοον.* Nisi tamen hic legere malimus, Kustero auctore, *ἄπυστον*· quae breuis sane foret ratio conciliandi sibi Suidam; item disputationes Grammaticorum de Od. Λ, 273, vbi vidit apud inferos Vlysses matrem Oedipi, *Ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο, Γημαμένη ᾧ υἷι· ὁ δ᾽ ὃν πατέρ᾽ ἐξεναρίξας Γῆμεν. ἄφαρ δ᾽ ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.* Recte V. Schol. *ἀνάπυστα, ἀνὰ στόμα πᾶσι λέγεσθαι καὶ πυνθάνεσθαι· ἢ φανερά.* Similia Eustathius, sed qui deinde ad alia omnia delabitur, et torquet nomen, vt non iam *nota, manifesta* omnibus significet, verum *occulta, inaudita.* Antiquam esse hanc interpretationem, constat ex Pausa. Boeot. s. 9, 4 p. 721 vbi recitatis Homeri versibus addit, *Πῶς ἂν ἐποίησαν ἀνάπυστα ἄφαρ, εἰ δὴ τέσσαρες ἐξ Ἰοκάστης ἐγένοντο παῖδες τῷ Οἰδίποδι;* Sic argumentatur, Si Polynices, Eteocles, Ismene et Antigone essent nati ex incesto Oedipi coniugio cum Iocaste, poeta non posset dicere a Ioue statim abolitam eius esse notitiam et memoriam: ponitque adeo *ἀνάπυστον* esse, de quo non auditur. Et sunt contrariae interpretationes apud Hesychium quoque, quibus superfessuros puto fuisse Grammaticos, nisi diuersa fuisset de matre liberorum quatuor Oedipi, quos diximus, traditio. Homerus quidem profecto

hoc

unibusque depromtis constringite scienter, ab vtroque nauis latere iniectos. Ita illi in singulis elaborabant: at ex ventre nauis infremens Tomaria fagus insonuit, quam quondam Argois trabibus Pallas intexuit. (1155) Ita vero dixit, stupore mentes omnium inuadente: Hei mihi, vtinam elisa perissem a Cyaneis petris in inhospitali fluctu, neque nunc diuulgatum regum imprudentia probrum ferrem. Quandoquidem nunc semper Poena (1160) familiaris sanguinis occisi Absyrti a tergo nos prosequitur, aerumnaque aerumnam vrget. Illos sane iam funesti ac tristis facinoris causa vlciscar, cum primum ad Hibernias insulas veniam propius|

καὶ νῦν — ἀϊδρείης Voss. *Ἢ καὶ νῦν* PAIC. 1160. *Νώνυμνον* PAIC. *ἐριννὺς* Ask. 1162. *σπέρχει* V.N. 1163. F. *Νὶν* V.N. *ἀργεννῆς* PAI. *ἀλγεινῆς* V. N. 1164. Leg. *Τίσομαι— νήσοισιν ἱερνίσιν* V. N.

hoc voluit, Deorum prouidentia in lucem mox prolatam esse illam familiae Cadmeae maculam. Nec aliud sibi vult loquax Carina Argûs, quam se nobilitari flagitiis Medeae et Iasonis. Nec multo aliter interpretor illud 1307 *ἀνάπυστα δὲ ἔργα γένηται*, quod recte conuertisse me puto, *exempla in se edantur.* Exemplum enim vel maxime debet ad omnium notitiam venire etc. Quod *ἀϊδρείην* appellat, h. e. inscitiam, ignorantiam, illud Homeri et omnis priscae sapientiae more atque instituto facit. *Νώνυμον* autem, siue *νώνυμνον* (fluctuat enim lectio hic non minus, quam in locis Homericis) hic auctor posuit substantiue, vt probrum et ignominiam notet scelere contractam: etymologia quidem cum *ignominia* conueniat.

1162. Ingeniose, et, nisi fallor, vere Cl. Ruhnk. Ep. 1, 61 pro *σπέρχε*, quod hic locum nescio quomodo tueri possit, reponit *σπέρχει*, festinat, vrget. Nec alterum improbare possum *ἀλγεινῆς κακότητος* pro *ἀργεννῆς*· nisi si quis forte ostendere possit, *ἀργεννὸν* esse manifestarium, in ipsa luce perpetratum etc.

1164. Primum hoc dubio apud me, hominem minime confidentem, caret, legendum esse, quod iam vidit Schottus Obss. Hum. 2, 20, pro *νήεσσιν ἐριννύσιν*, *νήσοισιν ἱερνίσιν*. Hoc ingerere et cogere videtur ipse noster 1179, vbi est harum minarum euentus. Sed quid sibi vult *ἴξομαι εἰ ἵκωμαι*. Non multum argumentabor: sed locum, vt emendandus et legendus sit, vno tenore proponam: quam sententiam illi tribuam, ostendit interpretatio. *Νὶν γὰρ δὴ λυγρῆς τε καὶ ἀλγεινῆς κακότητος Τίσομαι, εἰ νήσοισιν ἱερνίσιν ἄσσον ἵκωμαι.* Phrasis similis illi Ιλ. Γ, 366 *Ἦ τ' ἐφάμην τίσεσθαι Ἀλέξανδρον κακότητος.*

1165.

„Εἰ μὴ γάρ μ' ἱερῆσιν ἐπιγνάμψαντες ἄκρησι
„Κόλπον ἔσω γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης
„Ἔξεσθ', ἀμπέλαγος Ἀτλαντικὸν ἐκτὸς ἵκωμαι.
Ὣς εἰποῦσ' αὐδὴν κατερήτυεν· ἐν δ' ἄρα θυμὸς
Πυκνώθη Μινύαισι διαμπερὲς, εἶτ' ἄρ' ἔμελλον
Σχήσειν λυγρὸν ὄλεθρον, Ἰάσονος εἵνεκα φίλτρων.
Πολλὰ δὲ μερμήριζον ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν,
Ἢ μὲν ἀποφθίσωσι καὶ ἰχθύσι κύρμα βάλωσιν
Αἰνολεχῆ Μήδειαν, ἀποστρέψωσι δ' Ἐριννύν.
Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε περικλυτὸς Αἴσονος υἱὸς,
Καὶ τότε λισσόμενος θυμὸν κατερήτυ' ἑκάστου.
Αὐτὰρ ἐπεί τ' Ἀργοῦς ἐτυμηγόρον ἔκλυον ὀμφὴν,
Ἧντο παρὰ σκαλμοῖσι θοῶς, λάζοντο δ' ἐρετμά.
Ἀγκαῖος δ' οἴακας ἐπισταμένως ἐτίταινε·
Πὰρ δ' ἄρα νῆσον ἄμειβεν Ἱερνίδα· καί οἱ ὄπιθεν
Ἵκτο καταιγίδην δνοφερὴ τρομέουσα θύελλα,
Ἐν δ' ὀθόνας κόλπωσε· θέεν δ' ἄφαρ ὑγρὸν ἐπ' οἶδμα
Νηῦς.

1165. Εἰ μή τ' ἄρ Voss. 1166. ἔσσω Voss. 1167. Ἴξεσθ' Voss. F. Ἄξεσθ' V. N. 1169. πακνώθη Voss. V. N. ἦτ' ἄρ' Voss.

1165. Est illud sacrum Promuntorium Geographis celebratum, vnde descriptionem Europae et nominatim Hispaniae orditur Strabo L. 3 pr. *δυτικώτατον οὐ τῆς Εὐρώπης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης πάσης σημεῖον.* Dionyso s. Baccho sacrum fuisse ait noster deinde 1242, de quo nescio, an aliud testimonium habeamus. Illud manifestum, poetam nostrum hic illud indicare, nisi flectatur ad hoc promuntorium nauis in sinistram, et legatur litus Lusitanicum, facile esse in pelagus Atlanticum vltra spem reditus excidere: quod cum antiquorum de hac re opinionibus et narratione, quae sequitur, oppido conuenit. Porro eo ipso quod conantur hunc cursum tenere, etiam ad Circes habitationem perueniunt, a qua expiandi sceleris in Absyrto commissi rationem debebant accipere. Ad Circen etiam ablegantur voce Argûs apud Apollo. 4, 585. Sed hoc nemo ex me postulet discere, cur in Hispania hic ponatur Circe, quae in hac Argonautarum fabula apud Apollo. 3, 311 iam *ἀκτὴν ἠπείρου Τυρσηνίδος*, Tyrrhenum litus, habitat: apud Val. Fl. 7, 232 *Ausonii coniux regia Pici et Tusci Domina maris* est: non magis equidem hoc docere possum, quam de Baccho Sacri Promuntorii domino, vt modo fassus sum. Interim non dubito, quin historicum quid hic etiam subsit; licet, quid illud sit, nondum inuenerim.

1166. *Κόλπον γαίης καὶ θαλάσσης* intelligo mare mediterraneum, ipsumque adeo fretum Herculeum. Intra hunc sinum nisi habeant contineantque Argo sui nautae, minatur

pius. Nisi enim me ad Sacra Promuntoria flectentes intra sinum terrae et sterilis nauis direxeritis, in Atlanticum pelagus excurram. Sic fata vocem compressit. In Minyis autem penitus mens obstupuit, siquidem tristem adeo interitum amorum Iasonis causa habituri essent, multaque amarulentis animis cogitabant, occiderentne et praedam piscibus proiicerent infaustam coniugii Medeam, *et sic* Poenam auerterent? *Et fecissent*, nisi celeriter intellexisset inclitus Aesonis F. et tum supplicando animum sedasset vniuscuiusque. Ceterum veridica Argûs voce audita assident ad scalmos celeriter, remosque capiunt: gubernacula Ancaeus scienter tenet, praeteruehiturque Hiberniam insulam, ipsumque a tergo cum impetu prosequitur obscura fremensque procella, vela sinuans, curritque celeriter per liquidos fluctus nauis,

1170. *ἰάσσενος* As. 1172. *ἦ μιν* As. Voss. 1173. *Αἰνολέχην* Voss. PAIC. *ἐριννὴν* Voss. 1176. *αὐδὴν* Voss. 1177. *ἐπισαμένος* PAIC. 1180. *θύελλαν* As. *καταῖγεην δνοφερὰν* — *θύελλαι* Voss. *δυσφερὴν* — *θύελλαν* PAIC.

natur se extra in ipsum mare Atlanticum elapsuram, vnde nulla illos reuocare aut seruare salus possit. Id quomodo cauerit Ancaeus, deinde v. 1203 narratur. Pertinet hoc ad illas extra Herculis columnas nauigationes veterum, de quibus praelectiones nostrae huic syntagmati Orphico adiectae sunt.

1167. Explicari potest *ἕξεθε*, vt vidimus: sed erat tamen, cum commodius mihi videretur *ἄξεθε*, agetis.

1169. Tanto probabilior est Cl. Ruhnkenii coniectura Ep. 1 p. 74 *παχνώθη*, quod vsu nostri firmatur, quem ostendit Index, et Vossiana lectione, licet et ipsa corrupta. *Πυκνὸς*, *πυκνῶσαι* in tali re potius ad copiam et frequentiam consiliorum, quantum memini, pertinet, quam ad rigidum stuporem.

1172. Placet Vossiana lectio, *Ἦ μιν*· est enim velut coniurationis formula, *se profecto illam* etc. Illud *πολλὰ μερμήριζον* non pertinet ad quaestionem an interfecturi essent? Haec rata erat. Sed de tempore, modoque deliberabant. Hoc ex v. 1274 videtur posse colligi.

1179. *Νῆσον ἄμειβεν ἱερνίδα*] *Hiberniam* poetam intelligere, patet ex Byzantino Stephano et Aristotele libello de Mundo. Confer Andr. Schottum lib. II. Obs. c. XX.

ESCHENB.

1180. Placet *βρομέουσα θύελλα* Cl. Ruhnkenii Ep. 1, 33, sic tamen, vti nec *τρομέουσαν* damnare ausim, cogitatione potissimum earum tempestatum, quae tremorem quendam terrae et maris adiunctum habent.

1181. *Ἐν δ' ὀθόνας κόλπωσε*] Non dubito haec ad *θύελλαν* referenda esse;

Νηῦς. ἐ δή τις ἐσαῦθις ἀναπλεύσεσθαι ὀλέθρε
Ἤλπετο· δωδεκάτη γὰρ ἐπήϊεν ἠριγένεια.
Οὐδέ τις ἔγνω ἧσιν ἐνὶ φρεσὶν, ἐ ποθ᾽ ἄρ᾽ ἐσμὲν,
Εἰ μὴ ἐσχατιαῖς ἀκαλαῤῥόε Ὠκεανοῖο
Λυγκεὺς εἰσενόησεν· ὁ γὰρ τηλωπὸν ὄπωπε
Νῆσον πευκήεσσαν, ἰδ᾽ εὐρέα δώματ᾽ ἀνάσσης
Δήμητρος· περὶ δ᾽ αὖτε μέγα νέφος ἐστεφάνωται.
Ὧν πέρι μῦθον ἅπαντ᾽ ἔκλυες, Μεσαῖε δαΐφρο[ν]
Ὥς ποτε Φερσεφόνην τέρεν᾽ ἄνθεα χερσὶ δρέπεσα[ν]
Ἐξάπαφον συνόμαιμοι ἀν᾽ εὐρύ τε καὶ μέγα ἄλσο[ς]
Αὐτὰρ ἐπειθ᾽ ὥς μιν Πλετεὺς, κυανότριχας ἵππε[ς]
Ζευξάμενος, κέρην ἐπεβήσατο δαίμονος αἴσῃ,
Ἁρπάξας δ᾽· ἔφερεν διὰ κύματος ἀτρυγέτοιο.
Δὴ τότ᾽ ἐγὼ ἀπόειπον ἐπιπλώοντα νέεσθαι
Νήσε ἐπὶ ῥηγμῖνα καὶ αἰγλήεντα τέρεμνα,
Ἔνθ᾽ ἔτις σὺν νηΐ παρὰ μερόπων ἀνθρώπων.
Οὐ γάρ οἱ ἐστὶ λίμνη νηῶν ὀχὸς ἀμφιελισσῶν,
Ἀλλά γε ἠλίβατος πέτρη περὶ πάντα πέφυκεν
Ὑψηλή· τά τε καλὰ φύει μενοεικέα δῶρα.
Καὶ τότ᾽ ἄρ᾽ ἐκ ἀπίθησε νεὸς κυανοπρώροιο

Ἰθύν

1182. ἐ δέ τις Voss. ἀναπνεύσ. Voss. 1184. φρεσσὶν, ἔ ποτ᾽ As. Voss. P. ὅπο τ᾽ ἄρ AI. οὔ ποτ᾽ ἄρ᾽ Cr. ὁππόθ᾽ ἄρ᾽ Steph. et rel. 1185. ἀκαλαρπε Voss. 1186. λιγκεὺς Voss. 1188. μέλαν coni. Piers. Veris. p. 189. 1189. δαΐφρων Voss. 1191. ἐξ-

esse; quamuis interpretes ad Ancaeum potius respiciant, sed tum interpretandum esset: *Ast ille vela paululum contraxit.* hoc enim esset ὀθόνας κολπόεν· ne scilicet ventus totis viribus in vela omnino expansa irruere, et nauem euertere valeat. Quo elegantissime respexit diuinus Horatius lib. II. od. X. *Sapienter idem Contrahes vento nimium secundo turgida vela.* Θύελλα enim καταΐγδην τρομέεσα, venti aliquando nimium secundi dici possunt. Sed, vt dixi, ego ad θύελλαν, τὸ κόλπωσε ὀθόνας refero.

ESCHENB.

1185. Vossiana lectio forte ori[-]ginem habet ex vetustiori Εἰ μ[ὴ] ἐσχατίαισιν ἀκάρπε ὠκ. Sed ama[t] noster Homerica, cuius est ἀκα[-]λαῤῥείτης, quod exponunt lenite[r] et sine strepitu fluens.

1189 — 1194. Suo more poet[a] sub hac figura praetereundo potius indicat, quae aliis in libris plenius enarrauerat. Hic raptum Proser[-]pinae ponit in occidentali litore Hispaniae, vbi mox 1214 etiam Circam collocat.

1190. Plenum velut commenta[-]rium in hunc locum habemus, qu[i] inexplicabilis forte aliunde est, Clau[-]dian

uis, neque iam quisquam ex interitu renauigaturum se sperat: duodecima enim iam aurora aduenerat, neque quisquam nostrum certo sciebat apud animum suum, vbi essemus, nisi extrema tranquille fluentis Oceani (1185) Lynceus agnouisset. Is enim e longinquo conspexit insulam piceis obsitam, amplasque domos reginae Cereris nigra nube circumdatas, de quibus fabulam omnem, Musaee prudens, audiuisti, vt quondam Proserpinam teneros manibus flores carpentem (1190) per amplum magnumque nemus sorores pellexerint: quemadmodum vero Plutus nigris equis iunctis puellam dei iure aggressus sit, raptamque per steriles fluctus tulerit. Tum sane ego spem abieci adnauigandi (1195) ad litus insulae et splendentes domos, vbi nunquam quisquam hominum cum naui adfuit. Neque enim portus illi est, qui naues contineat in vtramque partem versabiles, sed excelsa petra cingit omnia sublimis, fertque praeclara, iucunda *Cereris* munera. (1200) Neque vero mihi non fidem habuit nauis nigrae gubernator Ancaeus, sed statim

ἄπυνον ου συνομ. Voss. 1192. κυνότρ. Ask. πλωτεὺς Voss. 1195. ἐγὼν Voss. ἐπιπλώον ταυέεσθαι PAI. ἐπιπλώων ταυέεσθαι Crat. 1196. τέρεμνα Ask. V. N. 1197. πάρα P. V. N. 1198. λίμνην Voss. V. N. 1199. Ἀλλά οἱ Voss. 1200. φέει Voss. 1201. ναὶς Voss.

diani de R. P. 1, 212 sqq. vbi Venus, ad decipiendam facilius Proserpinam, comites sibi sorores adsumit consanguineas, Mineruam ac Dianam.

1192. Iunge μιν — κάρην pleonasmo, de quo ad 1100.

1193. Δαίμονος αἴσῃ, iure, quod se vt Deum, vt Iouis fratrem habere putaret, quod ab ipso Ioue concessum esset. Multus est in ea ἐπαινέσει Claudianus ab initio operis de raptu Proserpinae.

1196. Τέρεμνα vel τέραμνα esse tecta, domos etiam splendidas, ex vsu Euripidae constat. Vid. Barnes. ad Hippol. 418, vbi hoc ipsum firmat. Τέρημνα vitium puto Eschenbachianae.

1197. De hoc et proximo versu bene meritus Cl. Heringa Obss. 10 p. 83. Monet enim hic legendum vel περᾷ, vel πάρα h. e. πάρεστι aut παρῆν, quod posterius magis probo, cum videam esse in Vossiano. Deinde pro λίμνη legit λιμὴν, quod rectum esse, vix dubitari potest: et recipiendum erat simpliciter, nisi res ipsa tantam cognationem haberet, vt λίμνη eadem λιμὴν esse possit.

1202.

Ἰθύντωρ Ἀγκαῖος, ἀνέτρεχε δ' αἶψ' ἀνορέων,
Σκαιὸν ὑπεγκλίνας οἰήϊον· ἐν δ' ἄρ' ἔπειθε
Μή τι κατευθὺ περᾶν, ἐπιδέξια δ' ἦγε θέουσαν.
Ἤματι δὲ τριτάτῳ Κίρκης δόμον ἐξικόμεσθα,
Λυκαῖον ποτὶ χέρσον ἁλιστεφέας τε θεράπνας·
Καὶ τότ' ἄρ' αἰγιαλοῖσιν ἐκέλσαμεν ἀχνύμενοι κῆρ,
Πείσματα δ' ἐν πέτρῃσιν ἐδήσαμεν. ἐκ δ' ἄρ' Ἰήσων
Νηὸς ἀποπροέηκε μολεῖν ἐρίηρας ἑταίρους,
Διζόμενος, τίς ἄρ' ἀνθρώπων ἀν' ἀπείρονα γαῖαν
Ναιετάει, γνῷεν δὲ πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν.
Τοῖς δ' ἄφαρ ὡμάρτησε καταντίον ἐρχομένοισι
Κούρη ὁμογνήτη μεγαλόφρονος Αἰήταο,
Ἠελίου θυγάτηρ· (Κίρκην δέ ἑ κικλήσκουσι
Μήτηρ Ἀστερόπη καὶ τηλεφανὴς Ὑπερίων)
Ἣ ῥα θοῶς ἐπὶ νῆα κατήλυθεν· ἐκ δ' ἄρα πάντες
Θάμβεον εἰσορόωντες· ἀπὸ κρατὸς γὰρ ἔθειραι
Πυρσαῖς ἀκτίνεσσιν ἀλίγκιοι ἠώρηντο·
Στίλβε δὲ καλὰ πρόσωπα, φλογὸς δ' ἀπέλαμπεν ἀϋ-
Αὐτὰρ ἐπεὶ Μήδειαν ἐσέδρακεν ὀφθαλμοῖσι (τμή.
Αἶψ' ἄρα καλυπτομένην, ἑανῷ δ' ἀμφέσχε παρειὰς
Αἰδομένη· χλωρὸν γὰρ ὑπὸ στέρνοις ἀκάχητο.
Ἣν τότ' ἐποικτείρουσα προσηύδανε καὶ φάτο Κίρκη,
„ Ὦ δειλή, τίνα σοι Κύπρις ὤπασε μοῖραν;

Οὐ

isi fallor, visa est. Is enim (4, 32) prooemium suae de lyperboreis, primitias nescio quas in Delon mittentibus, arrationi hoc facit, Ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων ὅτε ι Σκύθαι λέγουσι, ὅτε τινες ἄλλοι τῶν ταύτῃ οἰκημένων, μὴ ἄρα Ἰσσηδόνες. ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, οὐδ' οὗτοι λέγουσι δέν. Hoc, puto, dicit de hominibus Hyperboreis (qui men secundum Deliam illam fabulam Scytharum vicini, er hos versus Graeciam legatos illos sacros Delon mittunt) eque Scythae quidquam dicunt, neque alii hic habitan- ım praeter Issedonas verum, vt ego puto, ne hi quidem uidquam (intellige, vt solet, *probabile* aut fide dignum uidquam) dicunt: deinde longiusculam de illa legatione el θεωρίας relationem claudit, vt neget se quidquam, de baride Hyperboreo, cum sagitta sua terrarum orbem ob- ınte, velle dicere, et, εἰ δέ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄν- ρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι. Illudit, credo, toti ımmento: negat magis probabile esse, habitare quosdam tra boream, arcton, cardinem septentrionalem, quam tra alterum mundi cardinem notum. In quo illud non dignum obseruatu est, fuisse, si non prius, certe septin- ntis amplius annis post, qui ὑπερνοτίου appellatione, quam let Herodotus, serio vteretur. Dionysius quidem Perie- tes (v. 151) duo promuntoria Ponti Euxini inter se oppo- a describens, ὑπερνοτίην Carambin facit, βορειότερον iumetopon. Scilicet putauit Dionysius, illud ὑπὲρ non se vrgendum hoc modo, vt aliquid esset ipso borea ma- s septentrionale, magis adeo frigidum, aut magis noto eridionale, calidiusque: sed simpliciter notare relatio- m illam ad plagam. Ac sane septentrionem illis fre- enter assignari, mox videbimus: et quam vim τῇ ὑπὲρ buerit nominatim Pindarus, deinde declarabimus (§ 8). iodorus Siculus (2, 47) nomen deriuat ἀπὸ τοῦ ποῤῥωτέ- ω κεῖσθαι τῆς βορέου πνοῆς. Pausaniae (Eliac. 1 l. 5, 7) cuntur οἱ ὑπὲρ τὸν ἄνεμον οἰκοῦσι τὸν βορέαν.

§ 2

§ 2

Non fuit certae et definitae gentis vnum et constans nomen.

Nunc illud monemus, quod considerandis conferendisque inter se locis omnibus, quae adhuc nobis oblata sunt, videmur plane intelligere: non fuisse gentem aliquam certam atque vnam, quae hoc nomine suo, vt Getae, vt Colchi, vt Thraces, ab aliis distinguerentur. Fatetur Herodotus, cuius modo locum protulimus, sibi ignotam esse, diligenter requirenti, eam gentem: historia de huius gentis rebus gestis nusquam vlla memoratur. Strabo (7 p. 204, 16) Διὰ τὴν ἄγνοιαν, inquit, τῶν τόπων τέτων (de Getis agit) οἱ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη καὶ τὲς Ὑπερβορέες μυθοποιᾶντες, λόγε ἠξίωνται. Propter ignorantiam locorum homines, ait, dignatos esse fabulas de Ripaeis montibus et Hyperboreis, quarum rationem haberent. Non habet hoc nomen pater geographiae et historiae, Homerus. Nam quod ex Hymno in Bacchum mox laudabimus, argumentum potius praebet, non esse illum Hymnum Homeri. Herodoti locum ponemus totum, (4, 32) Ἡσιόδῳ μέν ἐςι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα. De his nihil hodie superest: ἔςι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. Dubium ergo, an Homero aliquid de Hyperboreis innotuerit: siquidem in his, quae haud dubie illius sunt, nullum eorum vestigium est, vbi autem id nomen habetur, ea dubia fide patri poeseos assignantur. Quid fuerit ab Hesiodo proditum, nescimus. Fabula ipsa, quatenus per ceteros poetas, historicos, geographos sparsa superest, tam multa habet, vel cohaerentia male, vel plane pugnantia, vt nihil in ea vel locis, vel temporibus, vel alio charactere ita con-

4) Imaginabantur quidam specum, polo vicinam, e qua erumperet aquilo. Sic certe Plin. 7, 2 s. 2. *Iuxta eos, qui sunt ad septentrionem versi, haud procul ab ipso aquilonis exortu, specuque eius dicto, quem locum Gesclithron* (γῆς κλεῖθρον, terrae claustrum) *appellant*, pro-

nstans ac definitum sit, vt illam tanquam substantiam ali-
iam et fundum quasi reliquorum attributorum assumere
ssis, cui reliqua adstructa vel adficta videantur. Quod
iim de Hecataeo memorat Schol. Apollon. 2, 677 Ἑκα-
ῖος μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου εἶναι φησὶ τὸ τῶν ὑπερβορέων
ἔνος, ἔστι δὲ βιβλία αὐτῷ ἐπιγραφόμενα περὶ τῶν ὑπερ-
ρέων, hoc parum valet ad fidem historiae in tanta ma-
iis nominibus vel libros, vel librorum titulos, vel locos
biiciendi licentia. Erit vero deinde § 5 de Hecataei Hy-
rboreis videndi opportunitas. Aliam igitur viam huius
putationis placuit ingredi, et enarrare ordine quodam,
ibus aliis narrationibus velut adhaerescant et admisceant-
: Hyperborei, dum eo perueniamus, vt illud ipsum ex-
cetur, quod in ea videatur esse maxime historicum.

§ 3

Hyperborei cum Argonautis exstitisse videntur.

Antiquissimum Graecorum facinus, in quo celebran-
elaborarunt posteri, Argonautarum illa expeditio, aut
erisse videtur Hyperboreos, aut certe vulgasse. Apud
dorum Siculum (4, 51 p. 294, 16 it. 46) Medea dissi-
lata forma sua, Peliam deceptura, fingit se adesse ἐξ
ερβορέων. Hyperboreos in sua expeditione adierunt Ar-
iautae; sed eos iam duplici in genere: alios versus ex-
num septentrionem, et vltra origines[4]) velut boreae
iti, habitantes vel vagantes. Hos memorant Orphica
Argonautica v. 1075 et 1080. Nempe in illo carmine
vetustiore traditione (vid. Diss. 1) veniunt Argo-
itae per extremum, qui notus erat, septentrionem in
rmanicum Oceanum. Sed Apollonius breuiori via (Diss.
4) illos Istro aduerso ad sinum Adriaticum et Eridani
ostia

luntur Arimaspi, quos Hyper-
orum sodales mox videbimus.
a Plin. 4, 12 f. 26 *Gelida aqui-
conceptacula* cum Ripaeis
montibus coniunxerat, et *pone eos
montes vltraque Aquilonem* locaue-
rat gentem felicem Hyperboreos.

ostia deducit. Itaque consequens erat, vt in hac via poneret Hyperboreos, quos abesse sua a fabula nollet. Manifesto autem illos ad Eridani ripas collocat, et de electro post narratam Heliadum Phaëthonta fratrem lugentium fabulam, addit, aliam quoque esse narrationem accolarum, quos Celtas appellat. 4, 611

— Κελτοὶ δ' ἐπὶ βάξιν ἔθεντο,
Ὡς ἄρ' Ἀπόλλωνος τάδε δάκρυα Λητοΐδαο
Ἐμφέρεται δίναις, ἅτε μύρια χεῦε πάροιθεν
Ἧμος Ὑπερβορέων ἱερὸν γένος εἰσαφίκανεν,
Οὐρανὸν αἰγλήεντα λιπὼν κ. τ. λ.

Apollinem cum coelo relicto ad sacram Hyperboreorum gentem venisset: hic multa millia lacrimarum (Aesculapii a Ioue fulminati causa) fudisse. Nec illud alias inauditum. Memorat Scholiastes Apollonii (ad 2, 677) Posidonio auctore, Hyperboreos οἰκεῖν περὶ τὰς Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας, habitare ad Italiae Alpes. Quin illos Romae victores Gallos Heraclides Ponticus non multum ab illis temporibus remotus, si Plutarcho fides (in Camillo p. 140 A) Hyperboreos dixit. Non mirum est, incertas esse Hyperboreorum sedes, cum nec certas ipse Boreas habeat. Thrax est ille raptor Orithyiae Boreas, e Thrace spirat Aegei maris et Graeciae tyrannus. Hymnus Orphicus (79) in Boream. Κρυμοπαγὴς Βορέα, χιονώδεος ἔλθ' ἀπὸ Θρῄκης, *Hu: Aquilo glaciali' relinquens ninguida Thrace*, vt conuertit Scaliger. Hic rapta Athenis Orithyia (apud Ouid. Met. 6, 709)

Non prius aërii cursus suppressit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos, sua moenia, raptor.

Cicones Thraciae populum, vrbem illorum Ismarum, docent Geographi. Si ergo Boreae domus est in Thracia, Hyperborei qui esse possint Eridani Italici accolae, apparet. Sed nec dissimulandum est, non deesse, qui Orithyiam multo abreptam longius diceret. Sophocles (apud Strabo. 7 p. 204, 13) latam esse canit

Ὑπερ

Ὑπέρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς,
Νυκτός τε πηγὰς, ὀρανῦ τ' ἀναπτυχὰς,
Φοίβυ τε παλαιὸν κῆπον.

er mare vniuerſum, ad vltima terrae, ad fontes no-
, ad coeli aperturas, et *veterem Phoebi hortum*, cum
ſione quadam, credo, ad illam Phoebi cum Hyperbo-
ſocietatem, de qua deinde dicemus (§ 7). Hic illud
ciemus, ne Thraciae quidem nomen non fluctuare,
Strabo (L. 7 p. 204, 30) Getas pro Thracibus a Grae-
habitos, memorat.

§ 4

Quam vagum eſſet Hyperboreorum nomen.

Quo minus mirandum, tam licenter vagatum Hy-
ɔoreorum nomen eſſe. Quo potius teſte vtamur quam
em Strabone? Hic igitur (L. 11 p. 349, 50) poſt men-
ıem veterum Graecorum (*οἱ παλαιοὶ*, dixerat, *τῶν* Ἑλλή-
) *οἱ δὲ ἔτι παλαιότεροι*, inquit, *τὲς ὑπὲρ τῦ* Εὐξείνυ
Ἴςρυ καὶ Ἀδρίυ *κατοικῦντας* Ὑπερβορέυς *ἔλεγον*, *καὶ*
ιρομάτας, *καὶ* Ἀριμασπύς. Promiſcue vſos vult Hy-
ɔoreorum et Sauromatarum et Arimaſporum nomini-
in his, qui ſupra Euxinum, Iſtrumque et Adriam ha-
rent. Auctor Hymni in Bacchum (inter Homericos
9) Tyrrhenum praedonem Baccho minantem ita in-
lucit:

Ἦ Αἴγυπτον ἀφίξεται, ἢ ὅγε Κύπρον,
Ἦ ἐς Ὑπερβορέυς, ἢ ἑκαςέρω —

yptum et Cyprum ad Auſtrum terminos ſuae nauiga-
is indicat, ad ſeptentrionem vero vel Hyperboreos, vel
ı hos. Eſt ergo aliquid in rerum natura etiam vltra
ɔerboreos. Eadem ratione Pindarus (Iſthm. 6, 34)
ı ait, Καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν, vltra Nili fontes,
δι' Ὑπερβορέυς, lineam ab intimo meridie ad ipſum

extremum septentrionem duxisse videtur. Sic quatuo plagas signat Callimachus (in Delum 280): Choros enim ducunt Apollini vrbes,

> Αἵτε πρὸς ἠοίην, αἵ δ' ἑσπερον, αἵτ' ἀνὰ μέσσην
> Κλήρους ἐστήσαντο, καὶ αἳ καθύπερθε Βορείης
> Οἰκία θινὸς ἔχουσι —

Vltimos nominat, qui super boreum litus, ad Hyperboreum ergo mare, domus habent, de quorum in Delum legationibus deinde pergit canere. Eadem ratione Hyperboreum Oceanum Geographus Marcianus appellat (p. 56 pr. et 57 fin. Hudson.). Sic Hyperboreos et Indos sibi opponit tanquam extremos Lucianus (Hermot. c. 27 To. I p. 767, 48). Haec res forte mouit Theophilum Sigefridum Bayerum, vt (in Comm. Acad. Petrop. T. 3 p. 345 it. T. 1 p. 401) Hyperboreos coniiceret esse colonias Graecorum in ora Ponti septentrionali, et hoc praesertim referret ad eos, quorum in Delon legationes commemorantur, assentiente Cl. Wesselingio (ad Diod. Sic. 2, 47. n. 14): quae vt ingeniosa est sententia, et aliquid forte veri habet, ita illam cum reliquis, quae in hac ipsa disputatione vera puto, conciliare nondum possum. Viderit lector.

§ 5

Hyperborei tamen populus ob clima suum beatus.

Geographi Latini, vno pene ore hoc nomen ipsi velut cardini septentrionum adscribunt, (vt Mela, 3, 5 pr. vt Plin. 4, 12 s. 26, et 6, 13 s. 14, vt Soli. 16) iidem tamen felicitatis etiam alicuius, et felicitatis ab eo climate non exspectandae, ac pendentis inde longaeuitatis portentosae, velut charactera adiiciunt. Res est nota: ne hic plane absit, ponamus modo verba antiquioris, *Melae, Hyperborei super aquilonem Rhipaeosque montes sub ipso siderum cardine iacent: vbi sol non quotidie*

, vt nobis, sed primum verno aequinoctio exortus, au-
mnali demum occidit, et ideo sex mensibus dies, et toti-
i aliis nox vsque continua est. Terra augusta, aprica,
se fertilis. Cultores iustissimi, et diutius quam vlli
talium et beatius viuunt. Quippe festo semper otio
i, non bella mouere, non iurgia: sacris operati maxi-
Apollinis, de quibus deinde videbimus. *Habitant lucos*
isque, et vbi eos viuendi satietas magis quam taedium
t, hilares, redimiti sertis se ipsi in pelagus ex certa ru-
raecipites dant. Id eis funus eximium est. Sunt in hac
riptione, a qua non multum aliae Plinii et Solini ab-
ent, γεωγραφέμενα quaedam s. γεωμετρέμενα ex
othesi illa, habitare homines sub polo: alia, vt vide-
a mercatoribus et nautis conficta, qui mercium sua-
commendandarum causa talia mentirentur. Ceterum
illam longaeuae felicitatis fabulam pertinet, quod
Strabonem (p. 15, 489 post med.) Onesicritus ait,
suos etiam Indis Hyperboreos, Περὶ τῶν χιλιε-
Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ καὶ Πινδά-
καὶ ἄλλοις μυθολόγοις. Quin simpliciter felicitatis
en esse videtur Aeschylo (Choëphor. 371) Κρείσσονα
ὃ Μεγάλης τε τύχης καὶ ὑπερβορέε Μείζονα.
ptentrionales illos pertinet, quod est apud Alexandri-
Clementem (Strom. 1 p. 359, 28 Pott.) Τὲς Ὑπερβο-
Ἑλλάνικος ὑπὲρ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη οἰκεῖν ἱςορεῖ. διδάσκε-
ἐ αὐτὲς δικαιοσύνην, μὴ κρεωφαγεῖν, ἀλλ᾽ ἀκροδρύοις
ένες. Τὲς ἑξηκονταετεῖς ἔτοι ἔξω πυλῶν ἄγοντες
ίζεσιν. Obseruemus tamen iungi ea, quae ad bar-
ı, qua vulgo notus erat, septentrionem vix perti-
abstinere carnibus, solis *arborum fructibus* vesci:
autem sexagenarios educere extra portas dicuntur et
cere, an alias de Hyperboreis illis iustis et felicibus
oretur, non memini. Differt quibusdam partibus a re-
Diodori Siculi (2, 47) narratio, quam ille se ab He-
dicit sumsisse, sed in hoc tamen conuenit, quod τὰ

περὶ τῶν Ὑπερβορέων μυθολογούμενα vocat, et Hecatae suum in numero τῶν τὰς ἀρχαίας μυθολογίας ἀναγραφότων ponit. Insulam porro illis habitandam assig rat Sicilia non minorem Hecataeus, ἐν τοῖς ἀντιπέραν Κελτικῆς τόποις κατὰ τὸν ὠκεανόν: Britanniam signari p tes: sed non respondent cetera. Esse illam ait εὔγ καὶ πάμφορον, ἔτι δὲ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαν, duplices anno ferentem fructus: quod cum illa certe facie Brit niae, quae fuit, cum Graecis Romanisque innotuisse e constat, et cum climatis portione non conuenit. Sed qu tenus Celtas etiam Hispaniae tribuunt veteres, illa Ma ritaniae extrema, vbi Hesperidum horti sunt et Atlas, i appellatione possunt signari: aut, si vrgeas insulae app lationem, vna alteraue earum, quae peculiariter Fortuna vocantur. Haec de sede Hyperboreorum vaga illa quide et valde incerta. Iam de illorum cum Apolline necessi dine dicamus.

§ 6

Hyperborei Apollinis peculium.

Quae passim de Apolline ab Hyperboreis culto fa apud Poetas, iam statim ordinanda, eorum vel prima originem, vel physiologiam adeo quandam, vberiore certe, quam alias inuenias, declarationem habet ex He taeo et aliis Diodorus Siculus (2, 47): Μυθολογοῦσι, quit, ἐν αὐτῇ (in descripta modo insula) τὴν Λητὼ γονέναι. διὸ καὶ τὸν Ἀπόλλω μάλιστα τῶν ἄλλων θε παρ' αὐτοῖς τιμᾶσθαι. Esse illos quosdam velut sacerdo Apollinis, eo quod hunc Deum quotidie perpetuo ca celebrent. Esse in insula sacrum Apollinis τέμενος μεγ λοπρεπές, et aedem, ναὸν ἀξιόλογον, donariis multis o natam, forma rotunda, σφαιροειδῆ τῷ σχήματι. Vrbe esse sacram huius Dei, eiusque incolarum plerosque c tharistas, perpetuo psallere, hymnosque cantare Deo,

actiones illius ornent. Habere suam sibi propriam
ndam dialectum Hyperboreos: Graecis in primis an-
ta necessitudine quadam coniunctos esse, πρὸς τὲς Ἕλ-
ας οἰκειότατα διακεῖσθαι, maxime autem Athenien-
is atque Deliis. Fabulantur Graecorum quosdam ad
perboreos peruenisse, donariaque reliquisse magni pre-
Graecis inscripta literis. Deinde de Abaride. Aiunt
ro (vt intelligamus μῦθον narrari), Lunam ex hac in-
conspici omnino parum a tellure distantem, et in qua
eni quidam colles manifeste appareant. Dicitur vero
m, sic pergit Diodorus, Deum interiectis vndeuicenis
is venire in insulam, δι' ἐτῶν ἐννεακαίδεκα καταντᾷν
τὴν νῆσον. Cui hic non statim illa Graecorum a Me-
: et Phaino Enneadecaëteris in mentem veniat? non
st fieri profecto, vt non, qui primus huius partis fa-
ie auctor est, eam in mente habuerit. Res dubio omni
bit, si pergamus ad reliqua. De his enim nouende-
annis addit, ἐν οἷς καὶ αἱ τῶν ἄστρων ἀποκαταστάσεις
τέλος ἄγονται. καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἐννεακαιδεκαέτη
νον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων μέγαν ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι. Iam,
sum Diodorum (12, 36) sequamur, ille nouendecim
orum cyclus, Enneadecaëteris illa a Metone producta
Apseude Archonte, Olymp. 86, circa tempora adeo
rema Herodoti, de qua Diodorus, pro vulgi nempe
none et vsu Graecorum ciuili, dicit, intra eam astra
andem comparationem redire: ἀποκατάστασιν etiam
vocat, et magnum s. Metonis annum. Ergo haec pars
lae aut recentior est Metone et Herodoto, aut, quod
est vt malim, diu ante Metonem obseruatum est, Lu-
solisque cursum intra illos XIX annos ad idem velut
cipium commune redire. Tanto hoc est probabilius,
ille annus non sit ita longus, vt obseruationem fugere
potuerit. Et animaduersum iam a Theophrasto, (de
is aquarum et ventorum principio) a Phaino accepisse
n annum Metonem. Cum igitur manifesto hic Astro-
ii sunt Hyperborei et sic cognati Apollini, astrorum

principi; quidni eodem referamus templi rotunditate sphaericae figurae coeli et terrae symbolum, et obseru... Lunae montes, quam ἀντίχθονα et habitabilem esse, (... phicum Pythagoricumque dogma est. Superest illud ap... Diodorum, quod non tantum citharis suorum Hyperb... reorum colitur, sed etiam, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ταύτη... in illo anfractu enneadecaëteridum, qua venit ad Hyper... boreos, *praesens* ipse *Deus* sua felicitate laetus psallit, ... θαρίζει, et saltat pernox, χορεύει συνεχῶς τὰς νύκτα... ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς ἕως πλειάδος ἀνατολῆς, a vern... aequinoctio ad Pleiadis ortum, quod Hesiodus (ἔργ. 38... messis initium facit, messem autem illius climatis in no... strum Maium incidere, constat. Si quis cogitet cael... stem Musicam Pythagoreorum, et magnum illud Apo... nis heptachordum [5]), si quis illam Pythagorae cum Abari... Hyperboreo amicitiam, facile videbit, etiam in hac par... fabulae esse aliquod φιλοσοφέμενον. Sed quod etiam pe... noctes saltat, illud forte eo pertinet, quod apud Hype... boreos, in quantum polo subiecti sunt, sol ab aequinoct... inde verno non occidit. Puto autem, A A. esse apud Dio... dorum hic aliquid vel ipsius festinatione et attentionis re... missione peccatum, (quod fit in vocabulis contrariis etiam facilius) vel a librario, recurrentibus iisdem vocibus, omis... sum. Quisquis est fabulae auctor, hoc voluit, saltare noctibus Apollinem ab aequinoctio verno ad auctumnale sive ab ortu Pleiadum vsque ad occasum, quod παχυλῶ... et poetice loquentibus idem esse apparet ex Virg. Ge. 4. 232. cf. Seruius hic et 4, 100, et ad vtrumque locum la Cerda. Sic doctissimus Pontedera in tabula antiquissima anni so... laris Graeci (Antiquitt. Latinarum Graecarumque enarrat. Tab. XII. p. 247) Vergiliarum ortum matutinum ponit No... nis Maiis, et occasum matutinum IV Id. Nou. Haec po... sui non immemor eorum, quae de illo interuallo XL a... quo...

5) Macrob. Sat. 1, 19 *Lyra Apollinis chordarum septem tot caelestium sphaerarum motus praestat intelligi, quibus solem moderatorem natura constituit.*

ot dierum inter ortum et occasum Pleiadum habentur
id Hesiodum Op. 283 et Varr. R. R. 1, 28, 2 et quae ad
umque locum disputantur. Neque vero hoc negaue-
ı, si cui id magis placeat, ipsum Diodorum de illo
siodeo interuallo cogitasse, et illud male huc transtu-
e. Antiquam valde hanc de commeatu illo Apollinis
ulam esse, apparet ex Apollo. Rhodio, (2, 677), vbi ver-
ribus in meridiano Ponti Euxini litore Argonautis
τὸς υἱὸς ἀνερχόμενος Λυκίηθεν Τῆλ' ἐπ' ἀπείρονα δῆ-
ὑπερβορέων ἀνθρώπων Ἐξεφάνη, in reditu e Lycia
ad Hyperboreos illis apparuit Apollo. Porro Hyper-
eorum regionem *veterem Apollinis hortum* appellari a
hocle, vidimus (§. 3).

§ 7

Origo huius necessitudinis.

Origo mythistorica vel genealogica adeo necessitudi-
Hyperboreorum cum Apolline videtur indicata a Phe-
co Heracleote. Hic scriptor non valde notus cum sit,
um, quae de illo adhuc obseruauimus, ad hoc argu-
ntum apprime conueniant, ea hic breuiter subiiciemus.
Scholiastes igitur Pindari (ad Ol. Γ, 28) τοὺς Ὑπερβο-
τοῦ Τιτανικοῦ γένους Φερένικος φησὶν εἶναι, γράφων
ς,

ἀμφὶ δ' Ὑπερβορέων, οἵτ' ἔσχατα ναιετάουσι
ναῷ ὑπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο,
οὓς μὲν ἄρα προτέρων ἐξ αἵματος ὑμνήσουσι

(non dubito quin legendum sit ὑμνέουσι)

Τιτήνων βλαστόντας ὑπὸ δρόμον (leg. δόμον) αἰθερήεντα
νάσσασθαι Βορέαο γέαν (sic leg. pro γῆν) Ἀριμασπὸν
ἄνακτα.

nitur poeta de Hyperboreis, qui extrema orbis terra-
habitant ad templum Apollinis, bellorum expertes,

 quos

quos canunt ex veterum ſanguine Titanum germin ſub ſerena domo Boreae terram inhabitare: Arimaſpu lis fuiſſe regem. Primos duo verſus laudat etiam Tzetzes (Chili. 7, 144 v. 677) ſimpliciter Pherenicum pellans: ab Athenaeo (Deipnoſ. 3, 5 p. 78, B.) dic Φερένικος ὁ ἐποποιὸς, Ἡρακλεώτης τὸ γένος, in quo l ipſo quoque Titanum mentio eſt, vt forte opus ſuum T τανικὰ inſcripſerit. Iam vero Titanis nomine etiam A linem venire, ſuperiore diſſertatione oſtenſum §. 3 ſ. Argon. 1055, quod in hac re tanto minus dubitationis h bet, cum in Titanibus etiam proprie dictis Hyperion h. Sol, Phoebus Apollo, fuerit. Apud Tzetzem l. c. etia hoc video, citari ibi ex Simmiae Apolline, h. e. libro i lius nominis, hos verſus:

Τηλυγετῶν δ' ἱκάφνειὸν ὑπερβορέων ἀνὰ δῆμον,
Τοῖς δὴ καὶ τότ' ἄναξ ἥρως παρεδαίσατο Περσεύς·

per diuitem longinquorum Hyperboreorum populum, apu quos etiam Perſeus Heros epulatus eſt. Ad hanc Apol nis et Hyperboreorum ſocietatem pertinet etiam locus Ci de N. D. (3 c. 23) vbi Apollo *tertius* memoratur *Ioue ter tio natus et Latona, quem ex Hyperboreis Delphos feru aduenisse.* Pauſanias in Phocicis (ſ. 10, 5) laudat Boeone indigenam mulierem, h. e. Delphicam. Haec Βοιὼ ἐπι χωρία γυνὴ ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς, ἔφη, κατασκευ σασθαι τὸ μαντεῖον τῷ Θεῷ τοὺς ἀφικομένους ἐξ Ὑπερβορέω τούς τε ἄλλους καὶ Ὠλῆνα. Olenem conditorem oracu Delphici facit Boeo, et alios Hyperboreos, quorum etiam nomina plura fuiſſe in illo Hymno refert Pauſanias, V. G παῖδες Ὑπερβορέων Παγασος καὶ δῖος Ἀγυιεύς. Graec haec ſunt nomina, alterum etiam Apollinis in vicis (ἀγυιαῖ culti epitheton. Etiam Ilithyia ex Hyperboreis venit, Pauſaniam audimus (Att. ſ. 1, 18), qui poſt mentione templi Ilithyiae ſ. Lucinae addit: ἣν ἐλθοῦσαν ἐξ Ὑπερ ρέων ἐς Δῆλον γενέσθαι βοηθὸν ταῖς Λητοῦς ὠδῖσι. Τοὺς ἄλλους παρ' αὐτῶν φασὶ τῇ Εἰλειθυίᾳ Δήλιοι, καὶ ὑμν

ἰων Ὠλῆνος, Venisse ait Ilithyiam ad partum Latonae
uandum in Delo: diuersam ergo ponit a Diana, quae
m Apolline tum nata est: diuersam etiam a Iunone, cu-
; tum iris vexabatur Latona, nomen Ilithyiae ab Hyper-
reis allatum etc. hic enim modo Hyperboreorum cum
olline necessitudinem persequimur. Ad hanc etiam illud
rtinet, quod apud Diodorum (3, 59 p. 228, 86) aiunt
dam, Τὸν Ἀπόλλωνα τῆς Κυβέλης ἐρασθέντα συμπλα-
ῆναι ταύτῃ μέχρι τῶν Ὑπερβορέων, Cybelen dum amo-
llius captus sequitur, cum illa ad Hyperboreos vsque
rrasse. Addamus et hoc, ipsum carum Apollini caput
posse Orphea, sacrorum Eleusiniorum conditorem Hy-
oreum, Thracem nempe, et ita praeterea Pythago-
Apollini inter homines ἐπιδημοῦντι, et Pythagoreis
unctum, vt his passim Orphica adscribantur. Haec
sunt τὰ ἐκ τῶν Ὑπερβορέων, quae ab Atheniensibus
ta memorat Chrysostomus (in Epist. ad Tit. hom. 3
. XI opp. p. 744, E. Montfaucon.). Sed non lubet
ri longius. Abaridem quidem, amicum Pythagorae,
raetermittere non licet, quem Scytham fere vocant,
ius mentionem faciunt, sed nempe Scythae etiam sunt
rborei, quod vel ex eo patet, quod Alexandrinus Cle-
(Protrept. p. 25 Pott.) ὀνειροφαγίας illas, de quibus
licetur, illis tribuit: Hyperboreum quidem diserte
at Plato in Charmide (p. 237, E), Scythen vero ex
boreis, Apollinis, qui ibi colitur (τοῦ ἐκεῖ Ἀπόλ-
) sacerdotem Iamblichus (c. 19 s. 90 sq.). Hic ἀπὸ
λλάδος ἀποστρέφων (malim ἀναστρέφων) εἰς τὰ ἴδια,
ν ἀγερθέντα χρυσὸν τῷ θεῷ ἀποθῆναι εἰς τὸ ἐν
βορέοις ἱερὸν, rediens domum e Graecia, vt corroga-
rum in templum Dei apud Hyperboreos reponeret,
in Italia cum esset, videretque Pythagoram, illum
t suum esse Apollinem. Poenitet fabulosi huius
e Herodotum (4, 36), cuius verbis videtur vox vna
addita, quam hic inclusi: Τὸν περὶ Ἀβάριος λόγον
ομένου εἶναι Ὑπερβορέω, οὐ λέγω, [λέγων] ὡς τὸν οἰ-

 στὸν

ϛὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὐδὲν σιτεόμενος. Sed quid Apollini Delo sua carius? vbi vero frequentius Hyperboreorum nomen eodem Herodoto teste (qui frustra illos apud Scythas requisiuerat) auditum, quam apud Delios? Parcimus illam annuam Hyperboreorum in Delum legationem ex Herodoto (4, 33-35) et Callimacho praesertim (H. in Delum 283-306) aliisque persequi, de qua πάντα περὶ πάντων dedit ad Callimachum Spanhemius, et per eam occasionem, quidquid fere vsquam est de Hyperboreis relatum, congessit. Ad consilium nostrum modo pertinet iter, quod huic sacrae legationi adsignatur, Callimacho consentiente, ab Herodoto. Sed hinc capiemus disputationis, propter quam omnem, nec illum perfunctorium de Hyperboreis quaerendi laborem sustinuimus, exordium.

§ 8

Hyperborei in Hispaniae Libyaeue litore occidentali.

Cum dixisset Herodotus (4, 32) nihil Scythas eorumque vicinos memorare de Hyperboreis: addit, eo plura de iis narrare Delios, dicentes: ἱερὰ (Graece enim ponemus, quae maxime ad rem pertinent) ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα ἀπικνέεσθαι ἐς Σκύθας, ἀπὸ δὲ Σκυθέων ἤδη δεκομένους αἰεὶ τοὺς πλησιοχώρους ἑκάστους κομίζειν αὐτὰ τὸ πρὸς ἑσπέρης ἑκαστάτω ἐπὶ τὸν Ἀδρίην. ἐνθεῦτεν δὴ πρὸς μεσαμβρίην προπεμπόμενα πρώτους Ἑλλήνων Δωδωναίους δέκεσθαι. ἀπὸ τούτων δὲ καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον, καὶ διαπορεύεσθαι ἐς Εὔβοιαν κ. τ. λ. Dicebant igitur Herodoti aetate Delii sacra illa, quaecunque fuerint, ab Hyperboreis ad Scythas peruenire, ab his accepta vicinos quosque portare longissime versus occidentem ad Adriam, s. sinum Adria-

6) Προπεμπόμενα significat comitatum aliquem et publicam deductionem, qualis in Germania superest, praesertim in insignibus imperii ad locum coronandi Imperatoris Francofurto et Aquisgrano deduceo-

Adriaticum; hinc versus meridiem deducta [e]) primos Graecorum excipere Dodonaeos, ab his ea ad Maliacum sinum descendere, traiici in Euboeam, perque vrbes illius ad extremam illarum versus Orientem Carystum, a Carystiis in Tenum insulam deferri, ab his denique in Delum. Haec via, ita designata accurate, ostendit, nisi fallor, Hyperboreos illos Delios et Apollinares, non venisse, certe directo itinere non venisse a septentrionibus Graeciae, e Scythia. Vidisse videntur hanc repugnantiam illi Prasienses (Atticae populus est, ne quis de Prasiensibus ad Argolicum sinum cogitet) apud Pausaniam (Att. s. 1, 31), qui ea de causa aliud iter illi pompae s. legationi assignarunt. Secundum hos enim ab Hyperboreis per Arimaspos et Issedonas, ad Scythas perueniebant, ab his Sinopen, et hinc per Graecos in Prasiense templum Apollinis, vnde Athenienses in Delum deferebant. Antiquior est et fontibus suis propior Herodotea Callimachoque consentiens narratio, quae in Adriam ducit Hyperboreos, per quem redisse Argonautas canit Apollonius. Recordemur hic A A. quod modo de Abaride obseruauimus, illum e Graecia cum rediret in patriam suam, obiter Italiam inuisisse et Pythagoram. Cogitemus et illud, quod apud Halicarnassensem Dionysium (L. 1 p. m. 34 sq.) narratur, Latinum suscepisse Herculem ex Hyperborea puella, quam obsidem a patre acceptam secum duceret, ἐκ τινος Ὑπερβορίδος κόρης, ἣν πατρὸς εἰς ὁμηρείαν δόντος ἐπήγετο. Reliqua de hac puella, Palantho, qui desideret, adire poterit Salmasio ad Solinum (p. 10, b F) disputata ex Scaligero ad Festum (V. Palatium). Nunc seriem modo obseruemus fabulae apud Dionysium. Graeciam suam Hercules repetiturus et Argos, cum Hyperborea sua venit in Italiam, grauidam ex se facit, nuptum dat Fauno, apud quem illa conceptum

e:

ducendis, et praesidio tuto atque honorifico *conducendis*: hoc enim, puto, verbo vtuntur, cum nostrum *Geleit* vel *Gleit* exprimere volunt: sicut etiam *saluum conductum* vocant, qui forte iustius, monente etiam Cl. Wachtero nostro, *discessus saluus* diceretur.

ex Hercule Latinum peperit. Qui ista vel excogitarunt vel retulerunt sacrorum ad Delium Apollinem legatorum, Abaridis, Herculis, itinera, illi non expertes sensus communis nugatores fuere; sed qui locorum certe et regionum peritiam haberent eam, vt scirent, qui a Ponto Euxino Delum peterent, vel e Graecia ad Scythas iter pararent, his non esse Italia neque Adriatico mari opus. Quid igitur? Sunt Hyperborei, nisi me fallit animus, etiam in Oceani s. externi maris litore Occidentali: hoc volo, adeo late patuit, adeo fluctuauit nomen Hyperboreorum, cum homines longe remotos, felices tamen eosdem et DIs caros, regionis non satis notae incolas signaret, vt etiam de illis, quos Occidentalis Oceanus alluit, vel Africanis vel Iberis adhiberetur. Hoc ita se habere, iam Pindari vno alteroque loco demonstrabimus. Incipiamus a fabula antiquiore. Tractans (Pyth. I, 46 sqq.) locum de felicitate hominum suis circumscripta terminis, quos egredi ac transire nemini liceat, Ναυσί τ' ὄυτε πεζὸς ἰὼν ἂν εὕροις ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυμαστὰν ὁδόν. Ponit Hyperboreos vltra finem orbis terrarum, qui tum cognitus esset, vltra columnas Herculis, Neque nauibus, inquit, neque pedibus incedens admirabilem illam ad Hyperboreorum illos ludos (ad perpetuam quae apud illos celebratur festiuamque hilaritatem) viam inuenias. Deinde arripit occasionem ornandi oden suam descriptione gentis et actorum Persei: Παρ' οἷς ποτε Περσεὺς ἐδαίσατο λαγέτας, δώματ' εἰσελθὼν, κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας ἐπιτόσσαις θεῷ ῥέζοντας. Apud Hyperboreos olim Perseus epulatus est, cum illos inueniret solemnes asinorum Hecatombas facientes Apollini. De his asinorum hecatombis non repetam alio tempore in hac Societate a me prolata (Comm. To. 2 p. 33 sq.). Vnum addam locum, in quem postea incidi, Antonini Liberalis, qui (c. 20) Boeo et Simmia (eodem puto, cuius paullo ante e Tzetze locum dedimus) auctoribus narrat fabulam Clinis cuiusdam Babylonii, qui cum in templo Hyperborei Apollinis vidisset ἱερουργουμένας illi θυσίας τῶν

ὄνων,

γων, voluit ipse in vrbe sua, Babylone, eadem ratione sacrificare Deo, statuitque asinorum hecatomben ad altare: sed cum interminatus esset illi Apollo, ne faceret, dicens, sacrificium asinorum sibi illud solum placere, quod apud Hyperboreos fieret, destitit: persistentibus autem in conatu filiis, asini ab Apolline in furorem concitati etc. longior enim est, et nihil huc pertinet, fabula reliqua. Iam illud cogitemus, magno consensu negare cum Herodoto (4, 28 et 129) Aristotelem, et ceteros, (quos videre licet ap. Plin. 8, 43 f. 68) esse asinum septentrionalium regionum, Scythiae et vltra incolam, quod etiam hodie ita se habere Sueci confirmant: non solent autem ita mentiri boni poëtae, qualis Pindarus, Callimachus, et quos illi auctores habent, Delphinum vt siluis appingant, fluctibus aprum. Quam ferax vero nobilium asinorum sit extremus Africae et Hispaniae Occidens, notum est. Memorat, vt vno exemplo vtar, Plinius (8, 43 f. 68) *asinas in Celtiberia singulas quadringentena millia nummûm enixas.* Columella meus, Gaditanus qui esset, vidit, quae scribit (7, 1, 2): *Huius animalis tam exiguae tutelae plurima et necessaria opera supra portionem respondent, cum et facilem terram, qualis in Baetica totaque Libye sit, leuibus aratris proscindat, et non nimio pondere vehicula trahat.* Sed non soli asini apud Hyperboreos Persei Pindaricos sunt, quos ad septentrionem frustra quaeras, verum dat illis poëta etiam laureas coronas (v. 61 Δάφνᾳ χρυσέᾳ κόμας ἀναδήσαντες) quae nusquam pulchriores quam in illis partibus: et cum hac apud beatam gentem commoratione proxime (v. 72) coniungit Gorgonum et Medusae capitis abscissi fabulam, cuius theatrum esse ad Atlantem et Libyam et Oceanum Atlanticum, Apollodorus (Bibl. 2, 4, 2 p. 85) et alii docent: nominatim, quos laudat scholiastes ad hunc ipsum locum (v. 72) ἐπὶ τῶν περάτων τῆς Λιβύης ἅ ἐστι πρὸς δύσιν. Nec lauros tantum habent Pindarici Hyperborei; oleas ita habent, vt ea arbor inde in Graeciam et

Pisas

Pisas translata sit 7). Pindarus in Originibus Olympiorum solemnium describendis (Ol. Γ, 55) oleam, de qua coronabantur ea tempestate victores, allatam dicit ab Hercule ex Hyperboreis. Sed propius considerandus est totus ille locus, non tantum propter hanc caussam, in qua versamur, sed quod saepius in hoc poëta fieri obseruo, vt primum intuenti vel nihil dicere, vel alia omnia dicere, et plane nugari videatur, quam rem strenue adiuuant quidam interpretes; accuratius vero consideratus vel acutos, vel verос certe sensus, et constantis hominis phantasias habeat. Age, quas hic offerat, videamus. Oleam, ait (v. 25) Ἴστρου ἀπὸ σκιερᾶν παγᾶν ἔνεικεν, ab vmbrosis Istri fontibus attulit, idque vt sibi liceret, persuasit Hyperboreorum populo, famulo cultorique Apollinis. Haec qui obiter legunt, qui cogitant exeuntia Istria in Pontum Euxinum ostia, possunt hic septentrionales cogitare Hyperboreos: oleam quidem ad totum, quam longus est, Istri decursum sua sponte non nasci, satis constat: quae res euertere videtur argumentum nostrum, quo mitiori Hispaniae Africaeque, vbi vicinae sunt, atque occidentem spectant, plagae transcribere Hyperboreos conamur. Sed illis tantum videri potest, qui non meminerunt veteris de Istro opinionis, quam satis fuerit ex Herodoto (2, 33) apponere. Diserte ille Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρρήνης πόλεως, ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. Οἱ δὲ Κελτοὶ εἰσὶ ἔξω τῶν ἡρακλήϊων στηλέων, ὁμουρέουσι δὲ Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων. Istri origines ponit apud Celtas (vtrum nomen propriorum Celtarum h. e. Gallorum, vt fit, extendit? an de illorum coloniis inaudiit?) et Pyrrhenae ciuitatem (Pyrenaeis hanc montibus cognatam et affinem, soni suadere similitudo videtur)

7) Possis ad totam hanc disputationem contra Hyperboreos soli septentrioni assignatos accommodare illos Tzetzis versiculos (Chil. 7, 144 v. 710):

Τιμ-

tur) porro Istrum flumine suo totam secare dicit Eupam. Celtas illos ponit extra columnas Herculis, nfines illis dat Cynesios, qui omnium Europae inlarum extremi ad Occidentem habitant. Constat sibi ter historiae, cum (4, 49) repetit, Ῥέει γὰρ, inquit, ὶ πάσης Εὐρώπης ὁ Ἴστρος, ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἳ ͵ατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας (iidem sine bio, quod Stephano Byzantino etiam sic videtur, qui νήσιοι) οἰκέουσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Meminerimus hic am illius opinionis, qua brachium Istri exonerari puoant veteres in Adriam, (Prael. 1, 4) et eo facilius lebimus, Pindaricos Hyperboreos non esse ad frigim septentrionem quaerendos. Sed videamus cetera ıëtae. Impulit (v. 45) Herculem animus, vt in *Istriam terram* (quam nunc Hispaniam intelligimus) cum Eurithei imperio insignem aureis cornibus ceruam perqueretur: in quo venatu Appollodoro teste (Bibl. 2, 3) ıi cursu solo vincere et viuam capere vellet, annum egrum consumsit. Hanc igitur persequens (v. 55) ἰν μεθέπων, ἴδε κἀκείναν χθόνα πνοιᾶς ὄπιθεν Βορέα ψυχροῦ, vidit illam terram post boream, vbi nil amplius licet boreae: quo videtur interpretari illud ·ὲρ, vt sit regio Hyperboreorum, *supra* vltraque vim morum nocentium elata ac remota, eo situ, vt adm pertinere boreas non possit. Τόθι δένδρεα θαύμανε σταθείς, τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν κ. τ. λ. Hic quam consistens admiratus est arbores, quas cupiit Olympiaco stadio suo serere ad vmbram et honorem rtantium. Per has poeticas ambages cecinit Thebanus tes, quod paucis verbis indicat Pausanias (Eliac. 1, c. 5, 7 tr.) λέγουσιν Ἠλείων οἱ τὰ ἀρχαιότατα μνημονεύοντες — μισθῆναι ἐκ τῆς Ὑπερβορέων γῆς τὸν κότινον ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέος

Ὑπερβορέοις τόποις δὲ καὶ τοῖς ψυχροῖς ὁ Τζέτζης
Μεγάλως ἰσχυρίζεται μὴ γίνεσθαι τοιαῦτα·

Ἐν γῇ τῇ Αἰθιόπων δὲ, Ἰνδίᾳ καὶ Αἰγύπτῳ
Καὶ χοῦς ὁμοιοθέρμοις δὲ, φύσας φησὶ τοιαύτας.

πλέος εἰς Ἕλληνας. Antiquiſſima igitur apud Eleos memoria cum Herodoti narratione hactenus conſentit, apportatam ab Hercule ex Hyperboreis oleam, ex iisdem, niſi fallor, regionibus, vnde etiam Heſperides attulit ſ. citrea, qua de re videre licet Salmaſium ad Solinum p. 760, b. Reuocemus, ſi videtur, huc etiam, quae ſupra (§ 5) de Hecataei regionibus Celticae oppoſitis dicta ſunt. Commeatum aliquem inter extremam Hiſpaniam et loca vltra Pontum olim credidiſſe oportet, qui mentionem faciunt apud Strabonem (8 p. 42, 13) Ἰβήρων τῶν ἑσπερίων εἰς τοὺς ὑπὲρ τὸν Πόντον καὶ τῆς Κολχίδος τόπους μετῳκισμένων. Tractauit hunc locum Iac. Perizonius (Aegypt. Origg. c. 24 p. 470 ſqq.) et probabili admodum ratione oſtendit, traductam a Nebucadnezare coloniam Iberorum Hiſpanicorum ab Herculis inde columnis in Aſiam. Fuit quidem poſterior aliquot ſaeculis Nebucadnezar Herculis et Argonautarum temporibus. At ea temporis intercapedo argumentationem noſtram non infirmat: nam illud cere relinquitur, quod vnum hic ſpectamus, non debere ἀδύνατον putari talem commeatum, ne improbabilem quidem videri, ſi quis diuerſam adeo ab hodierna et orbis terrarum faciem, et gentium viuendi agendique rationem in conſilio habeat. Ceterum in tantis Geographiae antiquiſſimae tenebris, quas ſtudioſe aliis obieciſſe videntur, qui ſoli fere nauigabant mercatores Phoenicii, eo minus mirandum eſt, fluctuare fabulas. Illud quidem manet, extra columnas Herculis in extremo Occidente vel Libyae vel Iberiae, vel vtriusque adeo, nauigatum Oceanum [8]), allatos inde in Graeciam, ne de aliis dicamus, fructus mitiores: Hyperboreos autem dictos notione obſcura et parum definita regionum remotiſſimarum et felicium incolas, a quorum praedica-

8) Hunc ipſum Occidentalem Oceanum, hoc ipſum Atlanticum mare intellexiſſe videtur doctiſſimus poeta Claudianus (3 Conſ. Honorii 7, 54) de Theodoſio comite Imperatoris Theodoſii patre canens

Ille leues Mauros, nec falſo nomine Pictos

Ed-

atione ſuas merces commendarunt mercatores, religio-
n ſuis ſacris quaererent ſacerdotes Delii et Olympii, au-
ritatem portentis ſuis quidam Pythagorei.

III *De praedonibus Francis.*

Imperator Probus inter alias barbaras Germaniae na-
ıes Francos iam ante imperium deuicerat, Francici in-
cognomen meritus (Zoſim. 1, 68. Vopiſcus c. 11). Ho-
n quidam ſedes ab illo petierant atque impetrauerant in
racia et locis Ponto Euxino vicinis. Reliqua iam ipſis
ſimi verbis dicemus in fine libri primi, *Καὶ Φράγκων
βασιλεῖ προσελθόντων, καὶ τυχόντων οἰκήσεως, μοῖ-
τις ἀποστᾶσα, πλοίων εὐπορήσασα τὴν Ἑλλάδα συνε-
ραξεν ἅπασαν. καὶ Σικελίᾳ προσχοῦσα καὶ τῇ Συρακο-
ν προσμίξασα πολὺν κατὰ ταύτην εἰργάσατο φόνον.
δὲ καὶ Λιβύῃ προσορμισθεῖσα, καὶ ἀποκρουσθεῖσα, δυ-
μεως ἐκ Καρχηδόνος ἐπενεχθείσης οἵα τε γέγονεν ἀπα-
ς ἐπανελθεῖν οἴκαδε.* Iam eandem hiſtoriam referat
menius (Paneg. Conſtantii ſ. 4, 18, 3) *Recurſabat in ani-
s illa ſub Diuo Probo et paucorum ex Francis captiuo-
n* (h. e. in ſedes alias victoris arbitrio translatorum, vt
laei fuiſſe dicuntur in captiuitate Babylonica) *incredibi-
audacia, qui a Ponto vſque, correptis nauibus, Grae-
m Aſiamque populati, neque impune* (ſine poena ac da-
no eorum quos inuaderent) *ipſas poſtremo naualibus no-
es ceperant Syracuſas, et immenſo itinere peruecti Ocea-
m, qua terras irrupit, intrauerant.* Qui nihil vellem
ıetermittere, quod ad memorabilem hiſtoriam pertine-
, inſpexi etiam Vopiſci Probum. Ille rem ipſam, ſed
e nomine Francorum, breuiter indicare videtur c. 18:
Facta

*Edomuit, Scotumque vago mu-
crone ſecutus
Fregit* Hyperboreas *remis au-
dacibus vndas.*

Ex Mauritania claſſe ſi petiit Bri-
tanniam, praeternauigat illos Hi-
ſpaniae Hyperboreos.

Facta pace cum Persis ad Thracias rediit, et C millia B- starnarum in solo Romano constituit. qui omnes fidem s- uauerunt. Sed cum et ex aliis gentibus plerosque parit- transtulisset, id est, ex Gepidis, Gautunnis, et Vandal- (vtrum in his Franci etiam comprehendi potuerint, qua- rere modo non possum) *illi omnes fidem fregerunt, et o- cupato bellis tyrannicis Probo, per totum pene orbem p- dibus et nauigando vagati sunt, nec parum molestiae R- manae gloriae intulerunt. Quos quidem ille diuersis vic- bus variisque victoriis oppressit, paucis cum gloria dom- redeuntibus, quod Probi euasissent manus.* His inter l- collatis, apparet, Francos illos de Ponto post traiectum to- tum quam longum est internum mare, dextro flexu, le- ctis Hispaniae Galliaeque, tum Belgicae litoribus, in p- triam suam Germaniam maritimam (*qua Oceanus terr- irrupit*) rediisse, quam illis Leibnitius inter Rhenum et Al- bim assignauit. Hanc vero antiquam illorum patriam in- telligendam esse, vel hoc satis indicat, quod reditus i- Pontum ipsos Probi potestati non exemisset, sed subiecisse. Habemus nauigationem valde similem Argonauticae ii- tumultuarie illam quidem et temerario ausu susceptam, ex- tu tamen pro tam longo per Oceanum cursu insperato. Neque enim praesidiorum plus habuere Franci, quam il- Minyae, quin aliquanto forte minus, intermissis diu illis mercatoriis antiquorum nauigationibus. Breuissima fort- responsio quibusdam videbitur, etiam hoc de Francis co- fictum vel nimis auctum esse. Sed eadem omnem lice- bit historiam vna plaga euertere, spongia vna delere. Hoc vero tanto fuerit audacius, importuniusque, quod haec non prima fuit Germanorum maritima expeditio. Iam sub Gallieno, si Eutropio credimus (9, 6), *Germani vsque in Hispanias penetrauerunt et Tarraconem ciuitatem no- bilem expugnarunt.* Orosio (7, 22) teste, *Germani vlte- riores* (ab Italia remotiores quam Rhaeti et Alamanni) *abrasa potiuntur Hispania.* Eodem respiciens (7, 41) *Ir- rupta*

tae sunt Hispaniae — sustinuere a barbaris — quod m sub Gallieno Imperatore per annos prope duodecim rmanis euertentibus excepere. Ne dubitemus Francos se hos Germanos, facit Nazarius (Paneg. 9, 17). *Francpsi*, inquit, *praeter ceteros truces, quorum vis cum ad a efferuesceret, vltra ipsum Oceanum* (suum in mare ernum per columnas Herculis) *aestu furoris euecta, spaniarum etiam oras armis infestas habebat.* Nempe ıis inde Germanici maris litoribus totam Belgicam Galmque oram, totam deinde Hispaniam a tribus oris cirnuecti Tarraconem venere. Quo minus muto, quod ıdo dicebam, Francos praedones in antiquam patriam m, quae tum erat maritima Germaniae inferioris, redis- postquam vidi Io. Riuium in historia nauali media). 2 p. 94) illum locum aliter accepisse: *Columnis egressi*, uit, *omnia in auerso Africae et Hispaniae litore foedum modum depraedabantur, spoliisque onusti nemine interlante in Pontum ad suos redierunt.* Estne vero probae, eos vel tuto relegere cursum priorem per totum ernum mare potuisse, vel praeteruectos post Hispaniam lliamque ostia Rheni et Albis, interiectamque inter ea riam suam, per antiquas Argonautarum ambages in renem, cui poenae causa, aut certe, vt obseruari custoique possent, assignati fuerant, redisse? Vt fit, primus error peperit longe maiorem. Post verba, quae mo- dedimus, addit statim Riuius: *Cum his Carausius tot li regionibus disiunctis societatem et foedus iniit. Itae Franci (horum enim iam, non Getarum aut Scytham nomen in ore hominum esse coeperat) ne foederato suo essent, cum pari qua prius classe egressi* (ex Ponto scilit, superatoque quam longum est interno mari) *ad frem Gaditanum veniunt, id vnum agentes, vt Carausio gerenter.* Mirificam deinde historiam narrat, et Conntium cum Francis, quibus in Oceano *extra fretum Gaanum occurrit, classe facit congredi, eosque internecino*

 praelio

praelio sic deleri, nunquam et deinceps Francorum non in regione Pontica, vnde tum veniebant, auditum fuit. Bene est, quod mox interfecit illos Ponticos Francos or terrarum graues bonus Riuius, sed poterat illos non n ducere in Pontum, quod breuius erat, et fidei eorum, q proximi his temporibus fuere, Eumenii, Aur. Victori Eutropii et aliorum conuenientius. Non inauditum ne insolitum adeo fuisse saeculo quarto exeunte, e Germania fluuiis Rheno praesertim soluentes praeter Belgicam, Ga liam, Hispaniam, superatis columnis Herculis legere hin Hispaniae litora, hinc Africae, apparet etiam ex loco Cla diani B. Gildon. 372: *Germania cuncta feratur Nauibu et socia comitentur classe Sicambri: Pallida translatum in sentiat Africa Rhenum.*



INDE

INDEX

A

ἄκρη-

ἀλιτρο-

ἀνα-

ἀνταυ-

ἀπε-

Idm[...]

γενέ-

δικα-

E

ἐθελ

βρύεσι

γενε-

δικα-

E

ἐθελ

 pro-

E

Ἐθελ

ἐκπροφύ-

 pro-

ἐπο-

ἐτυμη-

εὐσσέλ-



θέμι

I

ἰχὼ

κερα-

κλάγ-

κυκλεῖται

Λ

δή

 μέσσα

Μιν

N

νήσχυ-

λεύ

Ξ

O

Π

πελά-

T

Υ

Φ

Φαεσίμ-

φθιμέ-

Φολόη

X

Χείρω...

χρυσεο-



FRAGMENTORVM INDEX

Pag. 367. lin. 1. leg. κωμάζοντας





